



**Formula reformationis per Caesaream Maiestatem, Statibus
Ecclesiasticis in Comitibus Augustanis ad delibera[n]dum
proposita, & ab eisdem, vt paci publicae consulerent, & per
eam Ecclesiaru[m] ac Cleri sui vtilitate co[m]modiùs
prouiderent probata & recepta. : item Acta synodi
dioecesis Colonien. habitae secu[n]da Octobris per
Reverendiß. Archiepiscopum Colonienem.**

<https://hdl.handle.net/1874/454779>

FORMVLA
REFORMATIONIS
PER CAESAREAM MAIE-
statem, Statibus Ecclesiasticis in
Comitiis Augustanis ad deliberã-
dum proposita, & ab eisdem, vt pa-
ci publicæ consulere, & per eam
Ecclesiarũ ac Cleri sui vtilitati cõ-
modiũs prouiderent, probata &
recepta.

ITEM ACTA SYNODI
DIOECESANAE COLONIEN-
*habita secũda Octobris per Re-
uerendiß. Archiepiscopum
Coloniensem.*

PARISIIS,

*Veneunt in ædibus Viuantij Gaulthe-
rot, sub signo D. Martini uia Iacobæ.*

1549.

1. The first part of the book
is devoted to a general
description of the
country and its
resources. It is
written in a
clear and concise
manner, and is
well adapted for
use as a text-book
in schools and
colleges.

2. The second part of the
book is devoted to a
description of the
mineral resources of
the country. It
contains a list of
the principal
minerals, and
describes their
localities and
uses.

3. The third part of the
book is devoted to a
description of the
vegetation and
fauna of the
country. It
contains a list of
the principal
plants and
animals, and
describes their
localities and
uses.

AROLVS Quintus, Di
uina fauēte Clementia, Ro-
manorum Imperator Augu-
stus : ac Germaniæ, Hispaniarum, utriusque Siciliæ,

C

Hierusalem, Hūgariæ, Dalmatiæ, Cro-
atiæ &c. Rex. Archidux Austriae,
Dux Burgundiæ, Brabantiae &c. Co-
mes Habspurgi, Flādriæ, Tyrolis &c.
Vniuersis & singulis nostris & Sacri
Romani Imperij Electoribus & Prin-
cipibus Ecclesiasticis N. Episcopis, &
aliis Prælatiis, cuiuscunque gradus,
dignitatis & præminentie existant,
Gratiam nostram & omne bonum. Ven-
nerabiles Electores, Principes, & Cō-
sanguinei nostri charissimi, ac Honorabi-
les, deuoti, dilecti: Gratissimum nobis
fuit, placuisse dilectionibus uestris, &
uobis conceptam Reformationem, ex
qua disciplinā Ecclesiasticam, multis
partibus deformatam, pristinae digni-
tati ac nitore restituere pro uirili ue-

stra statuistis : cupientes ea parte solici-
tudinis, quam suscepistis è manu Domi-
ni, afflictis Imperij rebus succurrere, &
omni studio ac diligētia, collapsam pe-
nè Religionem erigere, ac confirmare.
Quam uestram uoluntatem, egregiam
sane ac piam, ut perspectā antè habui-
mus, & nunc libenter agnoscimus, ita
quoque deinceps in ipsa rerum admi-
nistratione operam uestram futuram
strenuam ac diligentem nobis pollice-
mur. Ideoque ne pius hic exercenda
Reformationis calor longa temporis di-
latione refrigeretur, ualde nobis pro-
batur, quod in hoc ipsum de celebra-
dis Synodis Diocesanis, ad festum Diui
Martini diem proximum constituistis.
Nam Prouinciales ut ante Quadrage-
simam omnes absoluantur, uidetur om-
nino necessarium, quod erit facile iis,
quibus Prouinciæ non sunt ample : iis
uerò quorū Prouinciæ latius patent, nō
ita difficile, si Suffraganei, & quos cō-
uenit

uenit interesse, in tēpore admoneātur,
 & conuocētur. Eam uerò moderatio-
 nem, quam quibusdam locis adhibendā
 esse censuistis, quæ iam ipsi Reforma-
 tioni apposita est, nobis quoque est ui-
 sum, & rerum ipsarum conditioni, &
 temporibus his conuenire. Quòd uerò
 petitis, ut literis nostris agamus cum
 summo Pontifice, ut se ad progressum
 huius operis sancti ac necessarij, ali-
 quot Reformationis locis accommodet,
 illis uidelicet, ut Coadiutores qui exa-
 mine explorati, indigni deprehenden-
 tur, summoueri possint: ut Beneficiorū
 & Episcopatum pluralitas refrene-
 tur: ut Præposituræ, & aliæ quedam
 dignitates, Sedi Apostolicæ reseruatae,
 ad Articulum illum Reformationis re-
 uocentur, qui statuit non nisi idoneos
 & examine probatos, ad eiusmodi di-
 gnitates esse admittendos: ut locorum
 Ordinarij corruptos mores reformare,
 & excessus corrigere possint, non ob-

stante exemptione, aut priuatis personis, aut Capitulis Ecclesiarum per Sedem Apostolicam concessa, aliisque nonnullis. Nos quidem quoad nostra fieri poterit, diligenter agemus cum ipsius Sanctitate, ut in re tam iusta & necessaria, officio suo defungi uelit. Data in Ciuitate nostra Imperiali Augusta Videlicet, die nono Mensis Iulij. Anno à natiuitate Domini, Millesimo, quingentesimo, quadragesimo octauo. Imperij nostri uigesimo octauo, & regnorum nostrorum trigesimo tertio.

CAROLVS.

Ad mandatum Casaræ
& Catholicæ Maiestatis
proprium.

t

V A. Perrenot.

Io. Obernburger. subst.
FOR

FORMVLA REFOR-
MATIONIS PER CAESA-
ream Maiestatem statibus Ecclesia-
sticis in Comitibus Augustanis ad de-
liberandum exhibita, & ab eisdem
probata & recepta.

Tabusus & scandala, pro- *Lectum*
 pter quæ Deus iratus seue- *Augu-*
 riter adeo Ecclesiam suam *ste & Vin-*
 castigat, tollatur, reformen *delicorum*
 turque Clerus & populus *14. Iunij,*
 iuxta sacros Canones, traditiões ma- *Anno*
 iorum, & sacrae scripturae normam, *1648. p*
 (quantum eius per hanc tēpestatem *statibus*
 fieri potest) donec Concilium gene- *Imperij*
 rale dissidiis & abusibus modum po- *Ecclesiae*
 nat, imprimis necessarium est, vt re- *sticis.*
 dintegretur repurgeturque ordo Ec-
 clesiasticus, quo confuso, indiscreto
 & incerto, tota Ecclesiae facies con-
 fusa est, & variis iactatur modis.

De ordinatione & electione ministrorum Ecclesie.

Riusquam admoueat aliquis
P sacris Ordinibus, diligenter inquirendū est de fide, de moribus, de scientia, & ætate ordines petentis.

De fide quidē, propterea quod q̄ rectam fidē non tenet, ad fidei Sacramenta iurē admitti non debet. Itaq; diligenter ordinandus examinari debet, de hæresibus hoc potissimū tēpore iactatis, an in articulis hac tempestate controuersis, hoc synceriter credat, profiteatur, & semper retinere velit, quod Romana, Catholica, & Apostolica tenet Ecclesia. Nā de sepultis hæresibus, & nusquā emergentibus inquirere specialiter operæpretiū non videtur. Expedi tamē simul explorare affectum, quo ducatur ad gradus Ecclesiasticorū Ordinum petendos, & an propositum eius pium, sanctum, & firmum sit.

Ex Con-
 cil. 11. To
 let. ca. 10.

Mores

Mores autem constare & probari debent, fideli ac certo testimonio Parochi, Præceptorum & proborum virorum, apud quos maiorem vitæ partem ordinandus exegit: cum beatus Apostolus requirat, vt habeat testimonium bonum ab eis etiam qui foris sunt, & sit sine crimine, irreprehensibilis, iustus, sanctus, sobrius, continens, pudicus, prudens, modestus, benignus, ornatus, non superbus, non litigiosus, non iracundus, aut percussor, nec vinolentus, aut turpis lucri cupidus, &c.

1. Tim. 3.

Scientia saltem explendis ministeriis, ad quæ ordinatur, sufficiens constare debet, nõ titulus, quos mercatus sit quispiam in Gymnasiis, aut ab aliis dignitatũ & titulorũ veditoribus, sed diligenti eius examinatione.

In Conci.
Rom. sub
Hilario
pap. ca. 34

Licet autẽ Canones antiqui statuerint, vt ante trigessimũ ætatis annum, nemo in Episcopũ vel Presbyterum ordine-

In Conci.
Neocesa
ri. can. 11.

Rigorem ordinetur, ministrorū tamen inopia,
Canonum post tam latā huius ordinis stragē ho
de etate die postulat, vt q̄ alioqui dignus est,
ordinādo- in anno vigesimo quinto, ab hoc or-
rūtēporat dine non repellatur.
necessitas.

Gelasi. in In his omnibus solerti cura adui-
epistola de gilare debēt Episcopi. Nam ad illos
cre. ad E. præcipuē pertinet ordinandorū ex-
piscopos aminatio, dicente Apostolo: Manus
Lucanos, nemini citò imposueris, aut si per va-
Brutios letudinem & causas, Deo iudice (cui
& Sicu- sunt ordinationum suarum daturi ra-
los. tionem) dignas id nequeant, curent
C. Tant. saltem per idoneos Vicarios, & viros
Dz. dict. pios, sacrarūque literarum, Cano-
18. num & traditionum Ecclesiastica-

Ordinatos rum peritos fieri, ne spectacula tan-
indignos tum inquisitionum edantur, aut testi-
absq̄ exa- monia subornētur non legitima, nec
mine Ec- idonea, aut superficialis tantū & per-
clesia abii- functoria fiat examinatio: sed diligēs
cit. Vide & seria cū proclamatione præcedēte
can. 9. cōci ad plebem parochiæ, vbi ordināndus
lij Nice- habitat,

habitat, si commodè fieri possit, nullusque sit ab examine illo liber.

Ad Episcopatum nemo assumi debet, nisi sit sacerdos, aut promittat se velle gradus, quos nondū habet, omnes in proximis ordinationibus, absque fraude, dilatione, aut tergiversatione suscipere.

Ad Prælaturas soli digni atq; idonei designandi sunt & admittendi, qui idonei sint examinatio probabit, si tales inueniantur, ut eorum comparatione, illi quibus præficiuntur, grex merito dicantur.

Ad Ecclesias Parochiales nemo prouehatur, nisi sciat & velit populum docere, & verbum Dei pro capto suorum prædicare.

Episcopi & Archidiaconi designatos, siue per electionē, siue per collationē, nō prius inuestiāt, nec ad Ecclesiæ munera subeūda admittāt, quàm exploratum

ni, & eundē allegatum in 6. concilio Carthag. Distinct. 60. Nullus in Episcopū. Ibidē. Nullus in Præpositum.

exploratū ipsīs diligenti examine sit, eos esse idoneos, & vocatiōi suæ pro viribus se satisfacturos polliceantur.

Nulla pro examinatione exigatur pecunia, cūm ad hæc tā necessaria officia habeāt Episcopi, & ad quos examinatio pertinet, ampla satis stipēdia.

In eis quoque qui ad Ecclesiasticas dignitates, curas, vel beneficia, per coadiutorias aut resignationes cōtendunt, eadem cura quæ in electione & collatione exigitur, est adhibēda: nec recipiendi aut admittendi sunt huiusmodi homines, nisi examinatione præscripta cōprobentur idonei, quales si non fuerint, qualecunque sit resignatum illud beneficiū, vacabit, & adsciscēdus erit alius in reiecti locū.

De ordinum Ecclesiasticorum officiiis.

Cum duplex sit potestas, vna Ecclesiastica, alia temporalis, quæ longo distant intervallo, Episcoporum

scoporum Germaniæ pars maxima, præter Ecclesiasticam, etiam temporali præditi sunt. Est autem præposterum, & vocatione eorum indignum res temporales spiritualibus præferre, & rebus secularibus sedulo intentos eos, Principes tantum agere, curam verò Ecclesiasticam omnem reicere in Vicarios, dicentibus Apostolis: Non est æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Ita ergo eis vita instituenda est, ut appareat eos Episcopos potius quam Principes esse, & cœlum potius, quam mundum hunc cogitare.

Est autem proprium Episcopi officium, regere Ecclesiam Dei, quam sibi CHRISTVS acquisiuit sanguine suo: ad quod pertinet pascere oves eius cibo verbi Dei, Sacramentis & exemplis: Confirmare baptizatos, examinare & ordinare Ecclesiæ ministros, Synodos celebrare, Visitare

*Acto. 6.
Ex Con-
cil. 4. Car-
tha. ca. 15.*

Act. 20

Visitare suã prouinciam, & lupos ab ea abarcere. Quæ, si fidelis & bonus Pastor est, per se potius, q̃ per Vicarios, quantũvis pios & doctos p̃ ædificatione Cleri & populi sui obibit, nisi aliqua legitima causa ïpediatur.

Debet igitur omnium ouium suarum habere curã, sed præcipuè cooperariorum, per quos regit oues, & despiciere, vt suũ quisq; munus fideliter in Ecclesia exequatur. Etsi enim omnes oues nosse supra naturæ vires sit, cõpastores tamẽ, & in opere Dei coadiutores suos vt cognoscat, est opus, vt sciat quomodo præsent, quid doceãt, quomodo traditiones & ritus Ecclesiasticos seruent, quomodo viuãt, ædificent an corrũpant gregẽ. Ex his enim p̃det disciplina & salus populi. Sic poterit desidēs & torpentes arguere, inutiles remouere, & corruptores perniciosos & scandalosos etiam plectere.

Pertinet

Pertinet quoq; ad Episcopū soli- *Ioan. 10.*
 citē inuigilare, ne lupi gregem inua-
 dant, quibus sese obicere pro grege
 fortiter & strenuè debet, eosque abi- *Hebr. 13.*
 gere ac persequi: nec ferre, vt doctri-
 nis nouis & peregrinis, aut per dul-
 ces sermones corrūpantur, atq; à ve- *Rom. 16.*
 ritate abducantur oues, pro quibus
 Christo daturus est rationem.

Archidiacones quos alii Chorepi-
 scopos, alii Archipresbyteros, alii De-
 canos appellant rurales, quocunque
 censeantur nomine, in partem solici-
 tudinis constituti sunt & vocati, vt
 certæ regiunculæ Pastoribus seu Pa-
 rochis, ne in officio negligentes sint,
 superintendant. Horum est Synodis *Ex epi.*
 Episcopolib⁹ interesse, referre & ex- *decret.*
 ponere illic suę portiunculæ statum, *Leon. ad*
 & vnà cum patribus cōsulere ac de- *German.*
 cernere Synodalia decreta & sen- *& Gallia*
 tentias, placita quoque Episcopo- *Episco-*
 rum publicare curæ suæ Parochis, *pos de*
 & *Chorepi-*
 & *scopis.*

& exequi, & præter confirmationem & ordinationẽ, & propria solius Episcopi munera, ea omnia præstare in suo territorio, quæ in Dicecesi Episcopus (cuius sunt oculi) sollicitè inuigilantes, vt siquid aduersus fidem pietatẽque Christianam emergat, Episcopo idipsum, ad quem cura prima pertinet, significant.

1. Cor. 4. Parochi dispensatores sunt verbi Dei, & sacramentorum: qui vt fideles inueniantur, debent frequenter populum de his quæ ad fidem & religionem nostram pertinent docere, cõsequè instruere, vt norint quid credere & quomodo conuersari ac viuere in sua quisque vocatione debeat. Administrare quoque debent Sacramenta, & eorum gratiam mysticam exponere. Arguere eos quorũ publica sunt peccata publicè, occultè verò delinquẽtes in priuata cõfessione: & in omnibus se non segnes aut cæcos specu-

speculatores exhibere. Ne sint velut *Esa. 56.*
 canes muti non valentes latrare: sed *Esa. 58.*
 quasi tuba annuncient populo pec-
 cata, & ad conuersionem & pœniten-
 tiam eos adducant. Incorrigibiles ve-
 rò & præfractos referre debêt ad ma-
 iores, vel publica satisfactione curan-
 dos, vel ab Ecclesia proscindendos.
 Debêt quoq; Parochi, paruulos, quę
 est pulchra Ecclesię portio, & apta di-
 sciplinæ pietatis, non negligere: sed
 eos ac rudes quosque suę Parochiæ,
 certis temporibus instruere, & cate-
 chizare: vt discant Symbolum, Præ-
 cationem Dominicã, Salutationem
 Angelicam, & Decalogi præcepta,
 Aut certè habere Sacellanũ, aut Pæ-
 dagogum, per quos officia ista mino-
 ra præstent. Vt verò totam curam in
 Mercenarios reiciant, Canones non
 permittunt.

De officio Decani & Canonorum.

IN Collegiis ubi diuersi sunt ministrantiū gradus & ordines, Decanorum est exemplo suo præcedere, verbo monere & prouocare Collegii sui Clericos & familiam, ut suæ quisque functioni grauitè incumbat. Et eo, ad quem destinatus est loco, ministret in diuinis, & Collegii rebus: neq; enim ut torpentes vacent, sed ut muneri suo satisfaciant, & vitam ducant appellatione sua dignam, constat Clericos ordinari. Debet itaq; Decanus cōtinere Clericos, in decenti, ac ordinata officii diuini persolutione, in vitæ & morum honestate, in religioso habitu, in disciplina, in lectione & studio sacræ scripturæ: quò Psalmodiæ, preces, officia diuina, & Ceremoniæ statis horis ad laudem Dei, & populi ædificationē, secundum instituta Patrum, digna Maiestate persoluātur. Inobedientes verò

Ex cōcil.
Later.
can. 7.

verò & ebriosos, luxui indulgentes, Aleatores, Percussores, Scortatores, & officium negligentes, publicè arguere, seueriter corripere, sacris abarcere, multare etiam prouentu & distributionibus, pro excessuum grauitate, iuxta potestatem, qua de iure & consuetudine Ecclesiarum funguntur.

Scholasticorum est docere indoctos, eosq; in his, quæ ad pietatem & cultum Dei pertinent, erudire, aut curam hanc procurare. Præsertim verò inuentum regere, eisq; idoneos ac probos præficere Pædagogos. Sint Scholastici viri grauis, qui inuentum Ecclesiæ ministerii destinatum in potestate habeant, & curent, vt sub eorum disciplina, doctrina, pietate, & morum honestate imbuantur, & caueant, ne emancipent, aut ad Capitula tales præsentent, quos propria vitia reiciunt. Sic Cantorū est, modum dare eis, qui in Choro canuntur, ac intonare: sic

Theſaurarii, ſic Succentores, ſic Vicarii, & reliqui miniſtri omnes, debēt ſuo quiſq; loco, quod eis ex nomine vel officio, vel præſidētium mādato incūbit, diligenter obire, quò decenter ac ordinatè omnia fiant inter eos.

Canonici omnes debēt in his, quæ ad cultum diuinum, obſervationē Canonum, & mores bonos pertinet, Decano ſuo humiliter obedire: diuinis omnibus intereſſe, modeſtia, grauitate, pietate, eleemoſinis, & bonis exemplis populū ædificare: non deambulare in templo diuinorum tempore, nec cōfabulari, oculos habere pudicos, inceſſum minimè faſtuolum, Ecclēſiaſticum officiū, cuius gratia beneficium percipiunt, vltro, promptè & reuerenter perſoluere ac adimplere: vt dum ore canant, cantent & mente: & ita ne videātur tanquā cōducti mercenarii trahi, & pecuniæ potius quàm Deo ſeruire, & magnarum diſtributionum

tionum tempora anxie, minorum negligenter obseruare, ac si stipendium præcedere officium debeat, & non potius sequi.

Quò verò doctis & claris viris Collegia ornentur & vigeant, Decanus & Collegiũ studiosos aliquos, qui spem bonam de se præbent, debent mittere ad Academies & Vniuersitates celebres & Catholicas, ac studiis eorum dare sufficiens tempus, ac interim eos habere pro præsentibus in Collegio, aut sanè quantum pro victu & libris eis sufficiat, suppeditare. Qua in re si negligentes fuerint, poterunt Episcopi autoritate ad hoc compelli. Curent tamen Ecclesiarum Prælati de iis qui studiorum causa absunt diligenter cognoscere. Et si compererint eos negligentes, aut peruersis moribus deditos, sumptus antea dari cõsuetos eis subtrahant, & in alios melioris spei iu-

B iii. uenes,

uenes, eosdem tranferant.

De horis Canonicis & Psalmidiis.

*De celebra-
bra. Mis-
sarū can.
Presbyt.*

IN cultu diuino post Missæ sacri-
ficiū in Ecclesia primas tenent
preces Canonicæ, in horas septem
distributæ, ad quarum obseruantiam,
qui maioribus Ordinum gradibus
sunt initiati, seu de beneficiis gaudēt
Ecclesiæ, præcipuè obligantur, quo
preces, laudes, & gratiarum actiones
Deo pro Ecclesia, cui⁹ sunt Ministri,
cum grauitate & decentia modulē-
tur atq; persoluāt, & in lege eius no-
1. Cor. 9. & dieq; versentur. Ideo enim de Al-
tari edunt & participant, quia altari
seruiunt. Præposterum est autem, &
tam naturæ quàm dignitati ac insti-
tutioni cultus illius diuini contrariū,
velle curā hęc ad postremos tantūm
Ordines aut conductitos Succentor-
es reicere.

Forma autem cantionum & pre-
cum illarum quondā ab antiquæ Ec-
clesiæ

clesiae patribus, & postremo à beato *Ex cōcil.*
 Gregorio, aliisque; Ecclesiae Rectori- *A gath.*
 bus purior tradita, ordineque; præscri- *can. 30.*
 pta est. Verum, ad hanc temporum vi-
 tio, multa inepta, apocrypha, parum-
 que ad syncerum cultum pertinentia
 non negamus irrepsisse. Quod ipsum
 & Breuiariis (quorum usus permis-
 sus est propter eos, qui iustis impedi- *Ex cōcil.*
 ti negotiis, choro nequeunt interesse) *Mileui-*
 usu venit, quæ operæpretium erit, ut *tano. ca. 12*
 à viris doctis & piis (quos Episcopi
 interim in sua Diocesi ad hoc dare
 debeant) emendentur, & reducantur
 ad puriorem & antiquiorem ritum:
 nec tamen modus, quem nunc Ec-
 clesiae in precibus Canonicis seruāt,
 mutetur, sed in locum eorum, quæ e-
 mendatione indiguerint, meliora
 & puriora reponantur: quò sancta,
 authentica, & officio diuino digna
 sint omnia, quæ horis illis recitan-
 tur. Episcopis verò cura hæc relin-
 B iiii quenda

quenda videtur, vt de hac re diligenter cogitent, si quid fortè de Sancto-
rum historiis in eum vsum publicari
possit, quò Ecclesiæ Germaniæ inte-
rim rectè in lectionibus Matutinali-
bus vterètur, donec ea de re per Cõ-
cilium generale statuatur.

Expedit ad hæc frequentes ea-
rundem precum & Psalmorum in
vna die repetitiones, memorias item
quæ suffragia vocantur, quibus ad fa-
stidium vsque plerisq; in locis Sacer-
dotes grauantur tollere, quò proli-
xitas neminem ab illis quæ secundũ
feriarum & temporis cursum, dicen-
da erãt, deterreat, aut ad ea impellat,
quæ de Sanctis, breuiore quidem cõ-
pendio, at fructu nonnunquam mi-
nori, dicuntur. Horæ tamen Canoni-
cæ integræ permaneant, sublatis tan-
tùm accessionibus quibusdam, quæ
minus necessariae videntur, idque au-
thoritate ordinaria Episcoporum, ita
tamen

tamen vt voluntates fundatorum firmæ permaneant.

De Monasteriis.

EO maximè dolendum est, Monasteria multa in Germaniis excisa, & euerfa, quædam etiã sponte deuiasse ab instituto, & vix pauca restare, vt olim, integra: quòd Monasteria apud Patres nostros officinæ erant cultus diuini, & pauperum quædã Cellaria, in quibus vnus voti ac professionis homines certis horis die noctuque Deum Psalmodiis & laudibus colebãt, horas intercalares, orationi, lectioni scripturarum sacrarũ, meditationibus rerum coelestium, & aliis studiis piis & honestis dabant, ieiuniis se castigabant, & quod supererat, erogabant in pauperes. Quibus sanè viis ad Euangelicam perfectionem contenditur. Hinc non modò leges, Canones, & ipsius naturæ iura, verùm etiam tam necessitas

sitas publica, quã Monastici instituti
Sanctitas efflagitãt, vt reformentur,
& quantum fieri potest, reparentur
& conferuentur.

Igitur Monasteria cuiuscunq; sint
ordinis, quæ ab institutis suis dege-
nerarunt, debent secundum Regulas
quas professi sunt, absque omni per-
sonarum respectu, à Visitatoribus
suis reformari, & Monachi in obe-
dientia & religione sui Ordinis con-
tineri. Repugnantes verò, & Refor-
mationis impatientes, sine exceptio-
ne ad eam subeūdã cogi. Quòd si
Visitatores ad hoc non sufficiant, de-
bent aut Ordinarii, aut Magistratus,
vel Principis opem implorare.

Ad hæc debent Monasteria opu-
lenta restaurare apud se, intermissa
studia, præsertim sacrarum litera-
rum, vt habeant Monachi quotidie
lectionem aliquam sacræ scripturæ
illustratricem, qua deuotionem suã
alant,

*Ex cõcil.
Aure-
lianen ca.
21. & ba-
betur. 18.
quæst. 2.
Abba-
tes probu
uilitate.*

alant, seque ad pietatem continuam
 exerceant, & se ad prædicationem
 Verbi diuini aptos efficiant. Vbi ve-
 rò pauci sunt Monachi, idemque in-
 opia laborant, debent nihilominus
 vnum vel duos mittere ad aliud pro-
 uinciæ suæ Monasterium, vbi scholæ
 restitutæ sunt, qui in literis sacris si-
 mul & in Religionis obseruantia, il-
 lic instituantur & proficiant.

Non exerceantur Monachi rebus
 prophanis, sed in locis vbi se Deo de-
 uouerunt, permaneant: nisi fortè ad
 concionandum vel sacra peragenda,
 aut ad aliud Monasteriũ à suis Præ-
 latis mittantur, aut ad curam anima-
 rum, ab ordinariis locorum euocen-
 tur, de consensu Prælatorum suo-
 rum, sub quorum obedientia nihilo-
 minus manere debet, qui possint eos
 corrigere & reuocare. Sic tamen vt
 Prælati ordinũ, Episcopis in hac ne-
 cessitate

cessitate nõ desint . Tépoꝛe verò qđ
eis à diuinis & lectionib⁹ reliquũ est,
semper pii & honesti aliqd agere, vt
eos semp iueniat diabolus occupatos.

Non debent item Monachi, quã-
uis opulenti, & Regalibus dotati mu-
nificentiis, ociosos & vanos facere sum-
ptus, nec familiam superflua, nec
equos, ad fastum & pompam potius
quàm ad necessitatem, Principũ mo-
re nutrire, magisq̃ue secularem quã
religiosam ducere vitam: sed in humi-
litate viuere frugaliter, & quę ultra
necessitatem supersunt, in pauperes
& educationem studiosorum, quo
possint Ecclesię Christi olim vsui ef-
se, utiliter expendere. Idq̃ue cum au-
thoritate Ordinariorũ loci, si illis sint
subdita Monasteria, aut habeant ius
visitandi eadem. In cęteris fiat hoc
per eorum Pręlatos.

At vbi per hanc tempestatem vel
excisa sunt Monasteria, vel exhausta
mona-

monachis & deserta, debent Visitato
res initio duos aut tres bene institu
tos, ac p̄bē vitę Monachos illō mitte
re, qui Monasticē rursus itroducāt, &
quantū fieri poterit omnia restaurēt.

Monialibus continentiam profes
sis nequaquam Monasteriorum suo
rum septa egredi licebit, sed in eis la
tere debēt, ac soli Deo pudicitię ama
tori, cui se consecrarunt, quemque re
pudiatis huius seculi amatorib⁹ p̄co
ptarunt, se conseruare illibatas, nec
item patere debet eis virorum con
spectus, aut viris permitti, vt monaste
rium ingrediantur, nisi ineuitabilis
necessitas requirat.

*De statu
regula. in
6. ca. peri-
culoso.*

*Ex conc.
Epaunē.
Can. 38.*

*In Sext.
de statu
regul. c.
Porro ne
Monia
les.*

Cū non detur autē eis suas met
res foris procurare, Oeconomū sibi
deligere poterunt fidū, frugalem &
honestum, qui debeat eis & Visitato
ri quater in anno, & quoties poscitur
reddere negotiorum suorum ratio
nem. Quod si inutilē eum, aut gra
uem,

uem, vel infidum experiantur, poterunt eo amoto alium surrogare.

Ex concil. Mo. gun. can. 13. Ex cōcil. Ro man. sub Eugenio 2. Cal. 3. Quæ verò continentiaē studium sectantur absque voti professione, & vitam in Collegiis ducunt religiosam, quales vocantur Canonissæ, etiã si non habeant (quam tamen decentissimum esset habere) mensam cōmunem, sed suam quæq; peculiarē, debent tamen commune habere dormitoriū, ne pudicitiaē insidiatori Sathanae detur occasio, ad incontinentiam tentandã. Debent quoq; à nimis exquisito & procaci habitu abstinere, nec seculariter] comptis incedere vestibus excultæ, sed in habitu modesto, mundo, & casto, vt sint earū Monasteria scholæ pudicitiaē, & virtutū, in quibus filiaē Nobilium discant nō lasciuire, non superbire, sed Deum timere, orare, & piis assuescant exercitiis, ac moribus bonis: vbi voluerint, nupturæ in Domino. Talia autem

Col-

Collegia, sicubi in his virgines ob liberio-
riorem vitam famam suam in peri-
culum adducant, per Superiores &
Episcopos reformatur.

De Scholis & Vniuersitatibus.

Scholæ seminaria sunt, non Præ-
latorum tātum & Ministrorum
Ecclesiæ, verūm etiam Magistra-
tuum, & eorum qui consiliis suis Res-
publicas gubernant, quæ si negligan-
tur aut deprauentur, necesse erit &
Ecclesias, & Respublicas inde peri-
clitari: propterea de earundem instau-
ratione magna cura habenda est.

In primis igitur, vbi extant funda-
tæ autoritateq; Ordinaria probatæ
vniuersitates seu Academiæ, debēt de-
stinata Præceptoribus & studiosis be-
neficia & stipēdia, Priuilegia item, &
immunitates, atq; exēptiones à vesti-
galibus, exactionib⁹, collationibus &
oneribus publicis, tā discipulis q̄ Præ-
ceptoribus, ante oīa tuta conseruari,
nec ab vllō hominum quantauis po-

testate sit præditus, infirmari, infringi, aut aliò conuerti, quàm destinata sunt. Quòd si Prouisores Beneficia huc destinata, in alios contulerint, irrita debet haberi, & esse Collatio. Et qui damnum Vniuersitati intulerint, ad satisfactionem compelli.

Curandum est in singulis Academicis, vt non nisi probati Authores in artibus & disciplinis, auditoribus prælegantur, atque vt Doctores & Magistri, qui doceant iuuentutẽ probe sint, Catholici, & de Religione Christiana bene sentientes.

Ad hæc qui in numero Studentiũ volunt haberi, & priuilegiis Vniuersitatum frui ac gaudere, non debent priuilegiis & libertate sua abuti: sed sub obedientia & disciplina viuere Rectoris, qui eos delinquentes & statuta prætergredientes, præsertim ritæ, seueriter corripere, & pro modo delicti plectere debeat.

Nulla

Nulla re magis Ecclesiæ, publicæque vtilitati consuleretur, quàm si summus Pontifex & Collatores ordinarii, secundum Concilii Basiliensis placita, Academiis purioribus & incorruptis potestatem facerent, significandi eis subinde viros literatos, ad regendum Ecclesias idoneos, quos ipsi quibuscunque aliis minus idoneis, in Collatione Beneficiorum, & præsertim Parochialium Ecclesiarum præferrent, modo tamen personaliter illi non detrectarent residere.

Vbi fundatæ non sunt, debent singula Collegia secundum Decreta Concilii Lateranensis, vt parua fuerint vel magna, ita scholas paruas vel magnas apud Collegia erigere, quibus præficiant Magistros & Pædagogos incorruptæ vitæ, à quibus tantæ pietatis Christianæ prima principia, quàm rudimenta literarum incontaminata adhuc, & quorumlibet studiorum

diorū capax iuuentus hauriat, atque ubi multus est adolescentum numerus, in classes diuidi poterunt. Debet autem eis prælegi hoc tantum, quod innocentia illius ætatis cōueniat. Væ enim ei qui scādalizauerit vnum pu-
fillorum, qui in me credunt, ait Christus. Idcirco sedulò curandum, ne prælegantur eis libri obsceni, suspecti, aut contagiosi, eorum qui perfidia suæ virus, religionisque & pietatis odium teneræ iuuentuti suis scriptis, quæ per hanc tempestatem ædîdêre, instillant.

Sed ubi collegia non sunt, debent in singulis Ciuitatibus esse Scholæ, quarum Magistri boni, honesti, & docti sunt.

Præter Pædagogia verò habeatur in Collegiis Theologus, qui certis horis interpretetur Biblia, ac de re Theologica doceat iuniores Canonicos, Vicarios, & alia Collegii mem-
bra,

bra, vbi quisque ad lectionem suæ
 professioni & instituto cōgruētem,
 tenebitur comparere. Huic verò quo
 modo, & vnde providendum sit de
 victu, in Concilio Lateranen. consti-
 tutum est. Ita nimirū, vt vnus præ-
 bendæ prouentus ei, donec in docen-
 do perstiterit, assignetur, si sufficiat.
 Sin minus, vt aliunde suppleatur, &
 tantum huic, quantum satis sit, sup-
 peditetur.

*De hospitalibus pauperum, infir-
 morum & peregrinorum.*

Sanctorum Patrum constitutio-
 nibus olim sancitum fuit, vt bo-
 norū Ecclesiasticorū pars quar-
 ta cederet pauperibus. Hinc apud
 Collegia, & Monasteria antiqua ho-
 spitalia extructa sunt, quæ nunc pas-
 sim, aut in vsus alios sunt cōuersa, aut
 iacēt neglecta, nō sine graui impietatis
 C ii piaculo.

piaculo. Verisimile est cum ecclesia-
 stici, Patres pauperum haberentur &
 essent, fideliterque bona cōmissa di-
 spensarēt, Imperatores, Reges, Prin-
 cipes, & locupletes homines permot-
 tos, vt tam amplis prædiis Episco-
 pos, collegia, & monasteria ditarent.
 Debent igitur Episcopi, collegia, &
 monasteria, rursus ædes illas sicubi
 collapsæ sunt, instaurare, Vbi verò
 extant, conseruare, redditus quoque
 ad eas destinatos, ac olim separatos,
 de quibus cōstat, in nullum vsum a-
 lium conuertere. Qui si forsan cum
 cæteris redditibus, & bonis alicubi
 confusi sint, & hodie ignorantur, de-
 bet nihilominus ædibus illis, de om-
 nibus ad infirmorum curam perti-
 nentibus, ex erario communi mona-
 sterii vel collegii sufficienter prou-
 deri, idque pro dispositione Episco-
 pi, aut ordinarii Ecclesiastici illius
 loci.

Sic

Sic etiã reliqui Ordines, qui Hospitalia habent eadem studeant conseruare.

In eiusmodi Hospitalia recipiendi sunt viduæ, orphani, & qui verè sunt pauperes, & ad victum querendum sibi non sufficiunt, & potissimũ eius loci vbi Hospitalia illa sunt constituta. Peregrinis verò pro refectio-
ne, non in habitatione, aut in pauperum illorum fraudem, patère debet.

Cæterum, sicubi Respublicæ Ciuitatũ, Municipiorũ, aut Parochiarum suis ciuibus aut etiam peregrinis Hospitalia construxerunt, quorũ sibi retinuerunt prouisionem ac dispensationem: curandum est, vt administratores dent Prouisoribus à communitate delectis, quater in anno rationẽ, ne & ista, casu simili quo illa, pereant, & pauperũ res per fraudem distrahantur. Superiorum verò omnium inspectio ad visitationem

pertinet Episcopalem, aut Prælatorum, quibus de consuetudine eius loci cura hæc incumbit.

De dispensatione uerbi Dei & officio Ecclesiastice.

Concionandi officium sibi assumere nemo debet, nisi vocatus & Ordinaria Ecclesiastica potestate admissus, dicente Apostolo: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Pertinet autem officium illud ad Episcopos & Pastores, quibus animarum cura & sollicitudo incumbit. Iis tanquã subsidiarii cooperatores, quatuor mendicantium ordines ad prædicandum uerbum Dei adiuncti sunt. Permissum quoque ipsis est accire ad hoc Vicarios Sacerdotes, seu Sacellanos, quorum interdum opera utantur. At non temere debent ignotos quosque aut vagos Sacerdotes & monachos absque Prælatorum suorum testimoniis, seu formatis (ut uocant

cant Canones)admittere, multo minus suspectos de fide, aut flagitiosos Sacerdotes, aut Monachos fugitivos, per quos populus eis credit⁹ seduci ac corrumpi facilius, quam rectè doceri potest.

Ad verbi Dei doctorem seu Concionatorem pertinet, vt Euāgelium & sacras scripturas synceriter tractet & doceat: non secūdum sensum quē prius conceptum ipse ad scripturas attulit, sed iuxta sensum & interpretationem sanctorum, & orthodoxorum Patrum. Ita enim nec ipse errabit, neque alios in errorem seducet. Hinc Canones suadent, sanctorum Patrum Homelias, seu Euangeliorum enarrationes in Ecclesia recitari, in anniuersariis quoque sanctorum Martyrum diebus, licebit secundum Aphricani Concilii Canones, recitare eorum passiones post Euāgelia, si tamen certæ sunt, & à fide dignis

dignis scriptoribus proditæ.

In concione nihil prophanum, incertum, fabulosum, aut illo indigno loco adferatur, nihil suspectum, nihil inconstans, nihil nisi quod tota probat Ecclesia, & à Maioribus acceptum est, ut sic forma seruetur, secundum preceptum Apostoli, sanorum verborum, & doctrinæ sanæ, quibus sancti Patres & Ecclesia Dei, quæ columna est & firmamentum omnis veritatis, uti consueverunt.

A quæstionibus item difficilibus & perplexis, Ecclesiastes absteineat: non oportet enim ad ingenii & eruditionis ostentationem prædicare: sed utiliter pro ædificatione populi. Idcirco debet se demittere ad captum auditorum, & nunc Catechistam agere, nunc interpretem scripturarum, nunc vitiorum reprehensorem, nunc Doctorem Mysteriorum, & sapientiam loqui inter perfectos,
omni-

omnibusque omnia fieri ad omnes Christo lucrificandos.

Nec sit contentiosa declamatio aut rixosa (contendere enim verbis, inquit Apostolus, ad nihil utile esse, nisi ad subuersionem audientium) sed modesta, sobria, seria, grauis, neruosa, qua potens sit exhortari doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. Caueat quoque scurriliter calumniari, scommata & dieteria in alios iacere, suum expuere liuorem, & subsilire, in compositis moribus gesticulari, concitare plebem in absentes, Clerum, vel Magistratum. Qui etiam si reprehensione dignum aliquid admisissent, non est tamen illorum causa ad plebis iudicium referenda, quin potius contra in omni concione admonendus est populus, vt pro Clero & Magistratu orent.

Subinde quoties locus opportunus incidit, facienda Concionatoribus

bus est mentio misericordiæ, charitatis, & bonitatis Dei erga nos, quò dubitantes & anxios, ad bene sperandum & amandum Deum inflammēt. Ita tamen vt etiam iustitiæ eius, qua pro benefactis cœlum, pro malefactis gehennam & æternū supplicium reddit, non obliuiscatur, quò malos à peccatis deterreant, & ad resipiscētiā, elemosynas, satisfactiones, & opera pietatis inducant, ne sint quales Pseudoprophetæ, de quibus apud Ezechielem dicitur: Deceperūt populum meum dicentes, Pax, pax, & non est pax: & ipse ædificabāt parietem, illi autem liniebant eum absque luto, & absque paleis, & temperamento, &c.

Frequenter etiam per hanc emergentium vndique hèresum tempestatem confirmandus est populus, Catholicæ fidei doctrina, vt suppullulantes zizanias vitare queat. Hortandus

duſ vt verbum Dei attentus audiat. ſed à Catholicis & ſynceris, ne ſubmelle verbi Dei, propinet aduerſarius ei aconita. Inſtruendus de Sacramentis, & eorum Myſteriis, vt eis ſecundum Eccleſiæ traditionem, ad ſalutem ſuam religioſe vtatur, vt Miſſæ officio libèter interſit, votis Eccleſiæ vota ſua coniungat, cum Sacrificium offerente Sacerdote, ipſe quoque mortem Chriſti pro peccatis ſuis, cordis ſurſum eleuati manibus Patri offerat: frequenti cõfeſſione ſe expurget, corde mundo & auido ſalutarem corporis Chriſti cibũ excipiat, diebus feſtis, ſanctis tantũ incumbat operibus. Breuiter ad omnia pietatis Chriſtianæ exercitia ipſum inſtruat & formet, inculcet quoque ſedulò Decalogi præcepta, eaque explicet. Ad quod etiam proderit catechiſmum ſæpius relegere.

Ad poſtremum, & tamen ante
omnia

omnia meminerit Ecclesiastes, ut exemplo Pauli castiget corpus suum, & in seruitutem redigat, ne ubi aliis prædicauerit salubriter, eosque ad pietatem adduxerit, ipse seruus sit ventris & peccati, ac reprobus efficiatur.

De Administratione Sacramentorum.

Ecclesia quæ sola Sacramentorum thesaurum à Christo accepit, nouit etiam verum ac legitimum eorum usum, custoditque substantialia ipsorum immutata. Ceremonias verò, quas plerunque significationis aut pietatis excitandæ gratiâ, vel ipsa instituit, aut ex traditione Apostolica accepit, & orationes solennes ac ritus in administrando pro utilitate & ædificatione Ecclesiæ, mutare potest & solet: quam tamen potestatem nemo priuatus

tus sibi vsurpare debet, sed potius sequi in omnibus receptam vniformitatem, tum ob reuerentiam atque obedientiam, quæ debetur sacris Canonibus, antiquis traditionibus, & Imperatorum piissimorum legibus, tum ad confusionem & schismata in Ecclesia Dei vitanda, iuxta illud Apostoli: Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.

Ne verò hæc tâta Dei beneficia, quæ ad omnium salutem à Christo instituta sunt, ignorentur aut putentur otiosa esse spectacula, nec suo habeantur loco, vel etiam indignè tractentur, debet populus in eorum administratione (vbi commodè fieri poterit) frequenter etiam in concionibus, vbi incidit locus, doceri, quid in Sacramenti cuiusque collatione agatur, quis sit eius fructus, quid velint

lint signa externa, quomodo Dei virtus præsens, inuisibiliter eis adsit: quomodo etiam dignè vel indignè percipiantur, & iis similia.

Rectius in Ecclesia Occidentali Sacramèta lingua Latina quàm vernacula celebrantur: cōseruatur enim Mysterio (vt Basilius ille Magnus ait) silentio sua authoritas atque maiestas. Quòd autem putauit quidam omnium referre, vt Sacramentorum Mysteria, lingua omnibus intellecta, peragantur & administrentur, quo gratia Dei quæ illic operatur, cognoscatur ab omnibus: arbitramur hoc commodiùs fieri posse concionibus frequentibus, ad populi captum demissis, quàm paucis illis verbis, quibus in Sacramentorù celebratione Ecclesia vtitur, iisdemq; Mysticis & sacratoribus, quàm vt à quouis è vulgo statim intelligantur. Et sanè antè vilescant vulgo Sacramèta, lingua

qua vernacula celebrata, quã vt suo habeantur loco, debitãque veneratione colantur: quippe quod ea quæ captũ ingeniũmque nostrũ excedũt, attẽtius miremur atque obseruem⁹: intellecta verò propemodum negligamus. Attamẽ vt in Baptismo Abrenunciaciones & Professiones fidei, secundum antiquas agendas, & in Matrimonio, sicut hactenus consuetum est fieri in Ecclesia Catholica, consensus contrahentium, lingua vernacula requirantur, non improbamus.

De Administratione Sacramenti Baptismi.

Quamuis orationes illę solemnes, & Ceremoniæ, quibus circa Baptismum Ecclesia vtitur, non sint Sacramento essentielles, nõ possunt tamen absque graui sacrilegio contemni, nec omitti sine schismate, aut animę periculo, nisi facultatẽ

facultatem eripiat necessitas. Statim enim à tempore Apostolorum cœpit consuetudo illa, quam Ecclesia huc vsque religiosè obseruauit, vt baptizarentur fideles in aqua, inuocatione nominis Christi ad baptizandum benedicta, & prius exorcizarentur, exufflareturque contraria potestas, & signum crucis fronti baptizandi imprimeretur, auresque ei aperirentur, ad audiendum deinceps uerbum Dei, & sal sapientiæ significantius ori iniiceretur, & diabolo perse, uel sponsores suos abrenuntiaret. profitereturque Symbolum Apostolicum, & in pectore, ac scapulis tanquam nouus athleta inuigeretur, cui cõtra Diabolum pugnaturus, & cordis (quo creditur ad iustitiam) constantia opus est, & corporis robore, ad mandata Dei opere implenda. Ac post immersionem iam Christo incorporatus in vertice ungebatur, indue-

induebaturque veste candida, custo-
 stiendæ innocentiae signo, atque ita
 præferebatur ei cereus ardens, tan-
 quã per tenebras mundi in luce am-
 bulaturo. Quibus ceremoniis signi-
 ficatur, quid tota vita exercere, me-
 ditari, cogitare, & operibus implere
 debeant baptizati. Ideo sæpius de-
 bent hæc populo exponi, vt profes-
 sionis suæ, qua Christo initiati sunt,
 frequenter admoneantur. Curan-
 dum est etiam, vt Susceptores seu
 Sponsors paruulorum sint proue-
 ctæ ætatis, in fide probè catechizati
 atque instructi, quò non ore tantum,
 sed & mente ac seriò ad interrogata
 respondere, suum munus intelligere,
 & paruulos vbi adoleuerint, in fide
 orthodoxa (si res postulat) instituere
 possint. Id enim ipsorum, quam pro
 paruulis baptizandis Deo & Eccle-
 siæ faciunt, sponsio requirit.

De

De administratione Sacramenti
Confirmationis.

E piscoporum est ad confirmandos baptizatos suam Diocesim frequentius circuire, Mysterii huius originem, & Chrismatis arcanum, si non per se, saltem per cōcionatorē idoneum, populo exponere, pro captu tamen paruulorū, vt & ipsi hinc aliquid fructus percipiant.

De Missæ Ceremoniis.

Canon Missæ, quem tot iam seculis retinuit Ecclesia Dei, nihil continet quod non sit consonum iis, quæ à tempore Apostolorum apud Altaris Sacrificium supplicata, pronunciata, vel obseruata sunt. Id quod liquet ex antiquorum veteris Ecclesiæ Patrum scriptis, in quib⁹ ipsa Canonis verba alicubi est reperire, vt prorsus sacrilegiū sit, eū vel damnare, vel autoritate priuata immutare. Debet idcirco ille, quem admo-

admodum hætenus factum est, in Missa religioſè ac ſubmiſſa voce (quo Myſteriis tam tremendis ſua conſeruetur authoritas) pronunciari.

Quod ad reliquas Miſſæ partes attinet, etſi omnes illæ nihil ſint aliud quàm aut laudes Dei, aut preces Eccleſiæ, aut Lectiones ſacræ, & ideo minimè negligenter habendæ, tamẽ ſi quas nouas Collectas, Sequentias, Præfationes, & id genus res vel indoctas vel incertis & Apocryphis hiſtoriis innixas, aut Miſſæ ſacrificio parum cõgruentes recentior ætas inuexit, tales omnes tollendas cenſemus, atq; ad probatiſſimorũ codicũ fidem reſtituendas. Debentq; Epiſcopi pro officio ſuo huic repurgationi, adhibitis ad eam rem uiris doctis, dare operã, quò pura, emendata, certa & ſolida exiſtant omnia, quæ in ſacraſſimo illo officio dicuntur.

III. Epistolæ & Euangelia pro reue-

D ii rentia

rentia quæ eis debetur, semper pronuncientur in Missa lingua Latina. Dominicis verò & festis diebus in Parochialibus Ecclesiis, plebi lingua vernacula exponantur, siue ante Sacrum solenne, siue sub ipso, nec cõcionis tẽpore vlla Missa celebretur, qua populus ab auscultatione distrahatur. Sed neque sub Sacro solenni conuenit, vt coram populo eodem legantur etiam Missæ speciales, quibus huc illuc populus distrahatur, auoceturq; vt nulli sacro satis intẽdat. Verùm interim non minus curandũ est, ne Sacrũ illud protrahatur æquo prolixius, generetque potius fastidiũ auscultantibus, quàm deuotionem.

Organa nihil lasciuum sonent aut seculare: sed quod ipsa etiam plebs intelligat religiosum, ac pium esse. Et præstiterit Symbolum totum cani, similiter præfationem, & orationem Dominicam, quàm partem relinqui
 organa-

organis, sicut magno abusu alicubi consuetum est fieri.

Nec conuenit, vt sub eleuatione sacrae hostiae cantentur Antiphonae ad hoc Sacrificium non propriè pertinentes, quales alicubi dicuntur de pace, de beata Virgine, de S. Sebastianiano, aut alio quopiam patrono, quae melius à sacro peracto cantarentur.

Et fraternae charitatis redintegratio, & pax nobis à Christo relictæ poscit, vt osculum pacis, vbi mos eiusdandi exoleuit in Missis solemnioribus restituatur, sic vt imaginula crucifixi Domini pacificatoris omnium ab ore sacerdotis, pacem populo imprecantis, ad astantes deferatur, quâ ordine, in concordiae & pacis symbolum osculentur omnes.

Docendus item est populus frequenter de Missae mysteriis, vt Missam audiens vota sua sacrificati Sacerdoti cõiungat, & ad finem vsque, donec

D. iiii bene-

benedictionem Sacerdotalem acceperit, perseueret, sæpiusque cõmunicet, si nõ semper externa sumptione Sacramenti, saltẽ spiritualiter, desiderio fructus eius, & vnionis cõ Christo. Verũ interim nõ minori diligẽtia monendi sunt, vt qui peccati vinculo retinentur ligati, absque absolutione & veræ emendationis proposito à Mysteriorũ illorum diuinorum perceptione abstineant: palàm verò criminosi, & qui peccati certissimã occasionem dimittere nolunt, siue Sacerdotes sint siue Laici, omnino à cõmunionem abarceantur.

Similiter docẽdus est populus, vt quamuis in Missa piẽ orent pro spe salutis & incolumitatis suæ, incõmodisq; temporalibus vitandis, cauendas tamen esse omnes superstitiones, quales sunt polliceri alicui è certis Missis certã fortunam, securitatem in aggressibus temerariis, aut aliquid huius-

hniusmodi.

Tametsi omnis Missa sit officium publicum, & ad totam pertineat Ecclesiam, nemini tamen vetandum est sua deuotione priuatim uti, & quod publicum est celebrare pro Ecclesia non publicè, modò cum grauitate omnia exequatur, & orationes ac lectiones sacras, clarè & disertè pronunciet, ut possit à circumstantibus audiri etiam atque intelligi: & habeat (secundum sacrorum Canonum sanctiones) præsentes, qui Ecclesiae nomine respondeant, ut verba quæ dicuntur, congruant etiam rebus ipsis. Curent etiam Episcopi, ut ignoti sacerdotes, & qui publicis criminibus infames sunt, aut solum quæstum sectantur, ad celebrationem Sacri huius non admittantur.

Cum iubeant Canones Ecclesiastici vitalem hostiam seruari, ut semper habeatur parata pro infirmis, quibus

viatico illo opus fuerit, fides & religio nostra prorsus exigit, ut in loco seruetur honorato, cum perpetuo lumine, quo admoneamur eo loco presentem esse illum, qui lucem habitat inaccessibilem, qui que tenebras nostras illuminat.

Quando in solennibus Festiuitatibus ad amplificandum cultum diuinum, aut in magnis supplicationibus ad corda fidelium compungenda, circumfertur hostia illa salutaris, omnes ludi prophani, & quicquid non valet ad veram deuotionem excitandam remoueatur: nec deferatur Sacramentum extra Ecclesiam, nisi graues causae postulent, & sint qui digno illud honore, tanquam verè presentem Christum, prosequantur atque adorēt. Sed & quando ad infirmos deferatur, praeferrī debet lumen, & campanella, ad dandum fidelibus signum, pulsari.

De

De Sacramenti Pœnitentiæ
administratione.

In finitam peccandi licentiã Confessionis sacramentalis neglectum cõsequi piorum omnium vox est, & negari non potest. Quamobrem decernendum, quod & ab Ecclesia salubriter institutum est, & à Patribus diligenter obseruatum, vt quotquot Christiani nominis sunt homines, saltem in anno semel peccata sua Sacerdoti confiteantur: quod si recusent facere, ab Ecclesia protinus eiciantur. Etenim vt sepe confiteantur ii, qui sæpius peccant, propria ipsorum salus efflagitat, eximixque cuiusdam pietatis est, peccata statim vt commissa sunt lugere, confiteri, dignaque satisfactione mortificare.

Veteres rigidiori disciplina Satisfactionem publicam exigebant. De quo Canones pœnitẽtiales adhuc extant. Verùm ad seueras illas publicæ pœni-

pœnitentiæ leges desperamus, fide & charitate admodum languentem populum, hoc tempore posse reduci. Ergo quando hic non datur, consuetudini posterioris ætatis insistendum est, quæ obtinuit, vt confessis pro Satisfactione iniungerentur orationes, eleemosynæ, ieiunia, & id genus opera pietatis, quibus scripturæ diuinæ testantur pœnam peccatis debitam dimitti. Nonnunquam grauiores imponuntur, sed occultæ afflictiones ad satisfaciendum, secundû pœnitentis facultatē, & peccatorû magnitudinē.

Quare prudentes oportet esse Confessores, qui norint distinguere lepram à lepra, & ita de peccatis inquirent, ne scandalizent pusillos, ita Satisfactiones iniungant, vt sint simul & medicinales, quibus animæ morbus curetur.

Quo verò quàm minimû retrahatur homines à Confessione, videtur nobis

nobis hoc tempore maximè profecto expedire, vt cōfiteri volentes nō ad vnum solūm cogantur, sed vt pluribus (idoneis tamen) Sacerdotibus, fiat absoluedi potestas, etiā in casibus reseruatis, quos adire sit omnib⁹ liberum. Idque pro arbitrio Episcopi, & Ordinarii loci.

De vnctionis extremæ administratiōe.

PRO more, quem hætenus tota seruauit Ecclesia Sacramentum vnctionis supremæ fidelibus impartendum est cum Letaniis & orationibus, huic negotio congruentibus, quales sunt illæ, quas à maioribus acceptas, tota Ecclesia seruat. Studebitque Sacerdos infirmum cōsolari, atque à curis & desideriis trās euntis huius vitæ ad spem salutis æternæ erigere, diabolū & terrores eius nō formidare, in Christi misericordiā, q̄ nouit figmētū nostrū, & tulit iniquitates nostras, p̄ quib⁹ & mortē sustinuit,

sustinuit, tota mente sperare ac fide-
re, atque ita confirmatum, cum be-
nedictione Christo cōmendare. Nec
abs re fuerit, vt rediens Sacerdos ha-
beat oratiunculam ad comitantem
multitudinem, qua infirmitatis hu-
manæ admoneantur, & vt pro labo-
rante in extremis, studeant feruen-
tius orare.

*De Sacramenti Matrimonij ad-
ministratione.*

QVI Matrimonio iūgi affectāt
debent doceri, vt sciant qua
religione & fide nubatur in
Christo, & clandestina illa, quæ car-
naliter incitante sola Venere, præter
Ecclesiæ Christi ritum contrahun-
tur, non esse religiosa, & Chri-
stianis digna Matrimonia: & quan-
uis illa (vbi contrahentes fuerint per-
sonæ legitimæ) sint rata, veraque Ma-
trimonia, non tamen ob id esse Deo
grata, vtpote gratia Sacramētali de-
stituta,

stituta, donec vitiū suum emendent,
 & Ecclesiæ legibus subdantur. Ideo
 iungendi Matrimonio admoneri de-
 bent, vt parentum & amicorum v-
 tantur consilio, exemplóque Tho-
 biæ, ieiuniis, & orationibus sese præ-
 parent, ac cōmendēt gratiæ Dei, qua
 quod reliquū est vitæ deinceps per-
 agendum erit. Neque enim possunt
 filii Sanctorum (vt in sacris dicitur)
 ita coniungi, sicut gentes quæ igno-
 rant Deum.

Ne debet Sacerdos Sacramento
 huic alicubi quàm in Ecclesia (quæ
 est proprius Sacramentorum locus)
 benedicere, nec admittere, seu con-
 iungere quoslibet sibi oblatos, nisi
 quos post proclamationes, vt mini-
 mū tres, tribus diebus festis sibi suc-
 cedentibus, ad populum in concione
 publicè factas, cognouerit nullis im-
 pedimētis irretitos, quosque exami-
 ne factō, exploratum habeat, non
 cogi

cogi ad hanc copulam inuitos à Parentibus vel cognatis, sed animo eã libero appetere.

De Ceremoniis Ecclesiasticis.

CV M Ceremoniæ sint pietatis incitamenta quædam & alimenta, quibus sublatis, ipsa quoque frigeat, languescat, atque emoriatur pietas, nulla vnquã Religio absq; Ceremoniis potuit constare. Idcirco Ceremonias Maioribus nostris, hominibus religiosissimis vsitatas, retinendas, reuocandasque censemus. Non quidem propter speciem operû, aut signorum externorum vim & meritum, sed quòd ad varios pietatis vsus valeant. Nec item, quòd in ipsis fiducia salutis sit locanda, sed quia exercitia quædam sunt, quibus corpus simul cum mente ad Deum, seu cultû eius attrahatur.

Sic secundû doctrinã Apostolicã eã orant viri nudato, fœminæ velato capite,

capite, & genua in terrā figimus, corpus cū spiritu humiliātes, & tūdimus pectus quod malefactorū conscientia dolere debebat, & conteri.

Sic in terroribus ac periculis, in clamato nomine Christi, signamus nos signo Crucis, qua diabolo in nos potestas imminuta adēptaq; est. I dē ituri dormitū propter timores nocturnos facimus, & mane quoq; surgētes, quò tota die à malis ptegamur hoc signo muniti. Quin Tertulliano teste antiqui Christiani olī siue vestes induerēt, siue deponerēt, siue domo pdirēt siue aliud quid agerēt aut incōparerēt, ad singulas actiōes cōsignarūt se cruce. Non potest enim negligere pietas vera Christi signū, aut à cogitatione eius, quæ signo illo renouatur, esse ociosa. Sic cibū & potum sumebāt, benedictione præcedente, memores illius Apostolici Sanctificatur per verbum Dei & orationem.

Hinc

Hinc, & Aqua, & Sal, & Herbæ,
 & Agnus Paschalis, & fructus noui,
 aliâque humanis vsibus necessaria
 (de quibus ad Adam, in quo pecca-
 uimus omnes, dictum est: Maledi-
 cta terra in opere tuo) benedicuntur
 & sacrantur in nomine Christi, per
 orationem qua petit Ecclesiæ mini-
 ster Sacerdos, vt Deus illa ipsa ad
 sanctificationem, & salutis nostræ
 profectum, potentia & bonitate sua,
 contra aduersarias potestates, incân-
 tationes, magias, fraudes, & machina-
 tiones inimici, qui nocere homini-
 bus non desistit, nobis concedat va-
 lere. Et valêt vtique fidelibus, ob be-
 nedictionem Sacerdotalem, per ver-
 bum Dei & orationem, quæ alioqui
 nullam aduersus spirituales nequitas,
 & potestates inuisibiles, in seipsis vir-
 tutem habebant, atque hinc adeo cū
 aspergimur Aqua benedicta, oramus
 mēte & habitu, vt à peccatis amplius
 lauemur:

lauemur : cum salem sumimus exorcizatum, vt vitam nobis, & sermone[m] omnem concedat Deus habere salem conditum.

Cereos autē accēdimus, in gloriā illius, qui lucem inhabitat inaccessibilem, & illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum. Sed & Sanctos luminibus veneramur, quos viuere cum Christo in gloria, & in regione lucis prædicamus. At in fide defunctis cæteris, lucem ad sepulturā præferimus, orantes, vt lux perpetua luceat eis.

Thura incendimus significatione, quòd oportet orationes & desideria nostra sursum ad Deum, cum odore bonorum operum, ascendere.

Processionum alias lætas ducimus in modum cœlestis cuiusdam exercitus ordine cōpositas, de Christi gloria & triumpho exultantes & canentes. Qua de causa crucis signum & vexilla

vexilla in aera sustollimus, ad significandum aereæ potestatis expugnationem: alias agimus tristes & solliciti in tribulatione, quam peregrini hoc exilium peragrantes patimur, veniam peccatorum, & misericordiam pro vindicta supplicantes.

Consecramus item Ecclesias, Altaria, calices, pallas, vestes sacerdotales, cāpanas, aliaq; Ecclesiæ vasa, quæ vsibus eximuntur civilibus seu profanis, & ministerio tantum Sacramentorū Christi aptantur ac mancipantur, vt sciamus in Ecclesia nō nisi sacris & diuinis rebus vacandū, gratia Dei illic, ceu numine quodā, præfente: campanis verò ab operibus & negotiis secularibus, nos ad orationē, laudes Dei, & sacra mysteria inuitari: cogitemusq; è tanto vasorū apparatu, & tot consecrationibus, quāta reuerentia sacrificium corporis & sanguinis Christi, à rebus prophanis sit secernendum, & diiudicandū.

De quibus oībus debent populus sedulo ac frequenter doceri, ne Cere monias religiosissimè īstitutas, in ab- usum, aut superstitionem vertant: sed ad pietatem exercendā, ipsis vtantur, vtq; Processiones rebus secularibus ac vanis præcisis sint graues, ordina- tæ, honestæ, ac Christiana religione dignæ. Reprobi verò, & qbus studia ista pietatis vilescunt, redarguantur.

De Disciplina Cleri & populi.

Disciplinæ iam pars bona tradi- ta est in descriptiōe officiorū.

Etenim vt suum quisq; præstet officium, præcipua est disciplinæ re- gula, hoc tantum restat, vt vitia que- dam publica, quæ emendationem, Concilii definitione non expectata, requirunt, reexamus.

Contra ordinem & dignitatē Cle- ri cum primis sunt luxus & auaritia, quas res etiam plebs execratione di- gnas in Clero dicit. Debet igitur

Clerus à luxu prophano, fastuoso, carnali, prorsus esse alienus, & primū seruare decorum in habitu, & incessu. Sit habitus honestus, & simplex, non limbis, non scissuris comptus, mundus tamen. Superior vestis sit talaris: nec incedant Clerici cum multi famulitii strepitu, aut gladiis accincti terribiles, sed venerabiles, qui aliter se contemptibiles reddunt.

Mensa quoq; sit frugalis, nec lauta nimium, nec sumptuosa. Pomposus verò esculentorum apparatus, & exquisitæ ad luxum delitiæ, longus accubitus, & commestationes frequentes, detestandæ ac fugiendæ. Similiter infamis & sacris literis dānata ebrietas, & studium compotandi, atque ad æquales haustus prouocādi. Cui Propheta væ imprecatur: Væ inquit, qui potentes estis ad potandum vinum, & viri fortes, ad miscendam ebrietatem. Quin sacris Canonibus decretum

tum est, tales ab officio & beneficio suspendere.

Porro quis ferendum putet, ut fornicationi indulgeant, & adhæreant concubinis, qui sacrificii & orationis, (ad quam debet perpetuò esse accincti) causa, coniugio etiam alioqui honesto & licito abstinent? Qui adhæret (inquit Apostolus) meretrici, unum corpus cum ea efficitur. Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Quibus verbis significat fornicatores à Christo excidere. Tantam ergo indignitatem in Clero, magna pœnarum seueritate veteres persecuti sunt. Concilium Neocesariense, Niceno antiquius, statuit Presbyterum, qui uxorem duceret, ab ordine deponendum: si fornicaretur autem, vel adulterium committeret, etiam extra Ecclesiam abiiciendum, & ad pœnitentiam inter Laicos agendam redigi debere. Ut autem

non ferant hæc secula tantam seueritatem, & sit mitius agendum, Sacerdos, Diaconus, & Subdiaconus fornicationis, adulterii, aut suspectæ familiaritatis conuictus, remota protinus concubina, primùm non pœna pecuniaria, sed suspensione ab officio & beneficio secundum scandali grauitatē plectendus est. Qui si facinus non emēdet, & iterum conuincatur, plectatur seuerius: vbi verò apparuerit eum effrenē & incorrigibilem factum, & nec pudore infamiæ retineri, nec pœnis abarceri à scelere, in modum equi & muli, quibus non est intellectus, beneficio secundum Canones prorsus priuetur. Sed & concubinas, quæ posthac cum clericis cohabitare sibi permiserint, per excōmunionem ab Ecclesia & cœtu fidelium expellere oportet.

Et ne tantum dedecus Clericalē dignitatē amplius dehonestet, reuocandi

candi omnino sunt in vsum Canones antiqui. Conciliū Nicenū nō permittit Episcopis, Sacerdotibus, Diaconis aut Subdiaconis habere domi subintroductam, seu extraneā scēminam, nisi fortè aut matrem, aut sororem, aut amitam, aut tales quæ fugiant suspicionem. Concilium Carthaginense tertium cui Augustinus interfuit, extendit hunc Canonem etiā ad fratrum vel sororū filias. Sic & Canon à Siricio latus, nullas scēminas Clericis permittit cohabitare, nisi sanguinis necessitudine Clerico iunctas. Verū suspicionem non fugiunt iuenculæ, formosæ, lasciuæ, cultæ, procaeces, imperiosæ, ociosæ, impudentes, curiosæ. Si admittitur, ergo quæ suspicionem fugiat, annosa, quæ annum quadragesimum superauerit, statæ formæ, verecunda, sobria, pudica, inculta, laboriosa, seuera, & quæ testimonio publico casta est, vidua est, virgo

E iiii senex,

senex, in ministerium domesticum assumi potest, & ne cum tali quidē familiaritas nimia est habenda.

De pluralitate Beneficiorum.

Tollenda est etiam ex Clero omnis symonia & ambitio. Ac quia sine graui Ecclesiarū detrimento accidere nō solet, vt aliquis plura quā vnum (maximē si curata sint) beneficia occupet, solus enim p omnes Ecclesias, si munere suo rectē ac diligenter fungi velit, nec officiū persoluere, nec rebus earū necessariā curā impēdere valet: curandū est, ne quis plures q̄ vnam Metropolitanas, aut Cathedrales Ecclesias teneat, & ne Clerici singuli in posterum plura quā vnum beneficia acquirant atque obtineant.

Sed quia tenuitas beneficiorū facit, vt cū eorū singula multis in locis possessores suos alere atq; sustentare nequeāt, causam arripiant, cur plura beneficia

beneficia coaceruēt atq; possideant. Archiepiscopi, aut certè Episcopi curent, vt p vnionē, aut per aliā quandā viā, beneficiorū tenuior redditus ita augeātur, vt de singulis beneficiis singuli possessores satis emolumēti promunere atq; dignitate quisq; sua habere possint. Nā vt ambitiosam plurū beneficiorū cupiditatē (quæ malam omnino speciem habet) ex Ecclesia tollendā censemus, ita vicissim ministris Ecclesiæ prospiciendū putamus, vt habeant, vnde commodè viuere possint: Dignus enim est operarius mercede sua. Qua in re arbitramur eorum beneficiorum, quibus cura animarum annexa est, cum primis rationem habendam esse.

In qua re hanc sequantur rationem Archiepiscopi atque Episcopi, vt si census alicuius Ecclesiæ, pro veteri præbendarum atq; beneficiorū numero, ad iusta Ministrorum emolumen-

lumenta non sufficiat, beneficia quæ nullam Ecclesiarum necessariam functionē habent, illis vniantur, aut præbendæ ac beneficia ad pauciores numerum redigantur: donec è singulis possessori cuique iusta emolumenta suppetere queāt, vt causa non sit, cur vnus non vno beneficio sit contētus.

Res enim ita constituenda est, vt non deserat quisq; officium, propter quod datur beneficiū: sed in loco beneficii sui resideat, ac muneri Ecclesiastico, quod huic annexum est, ipse diligenter incumbat, & cogitet quāti sit momenti vigilare pro animabus, & ab eis non discedere, pro quibus aliquando coram tribunali Dei rationem redditurus sit. Intererit igitur non solūm Ecclesiarum, sed etiā possessorum, si plura beneficia curata iam obtineant, vt vno quod maluerint, eisq; ad iusta emolumēta sufficiat, retento, cætera intra annū sine vlla

vlla pensione resignēt. Sed si fortē de iure, quod se acquisuisse putant, recedere nolint, imponatur necessitas eisdem, vt dispensationem sedis Apostolicæ, Ordinario loci exhibeant, ac si legitima fuerit dispensatio, relinquuntur illis beneficia. Ordinarius tamen loci iuxta constitutionē Gregorii Decimi, in Concilio Lugdunensi, quam etiam Tridentina Synodus innouauit, provideat, etiam per idoneorum Vicariorum deputationē & cōgruæ portionis fructuū assignationem, vt cura animarum beneficiis illis annexa, non negligatur, nec beneficia ipsa debitis obsequiis fraudentur. Atq; vt hic iis qui iam possident & ius habent acquisitū indulgendum videtur, sub hæc tamen cautione, quā Concilium Lugdunense præscribit, ita in acquirendis beneficiis in posterū coaceruatio eorundem, atque pluralitas, de qua vetus est querela,
eaque

eaque non iniusta, omnino debet vitari. Ac ne salubre institutum Curiales turbent, huc ut accedat auctoritas summi Pontificis, quamprimùm impetrandum videtur.

Debent etiã, qui incorporatas habent cum Decimis, & censibus ecclesias, quas velint retinere, non nisi idoneos, atque à secularibus & sordidis negotiis liberos sacerdotes eis præficere, quibus de victu & vestitu honesto, & competẽtia iusta prospiciãt: qua in re, si fuerit negligẽtes, aut auari, Episcopi erit pro suo officio, & remouere ineptos, & idoneis de Ecclesiã illius decimis & iuribus quantum honestum est, decidere atque assignare, aut reclamantia Collegia vel Monasteria suo iure (ob negligentia culpam) priuare: Dignus enim est operarius mercede sua. Et qui Euangelio seruit, de Euangelio debet viuere. Incũbit autẽ Parochis
 plus

plus reliquis Canonicis & Sacerdotibus curæ & laboris.

Species alia cupiditatis est, si quæstum secularem aut lucrû turpe sectentur clerici, & sint vsurarii, negociatores, vel caupones: quæ vitia omnes Canones in clero dānant. Quin & scriptura dicit: Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularib⁹, vt ei placeat cui se probauit. Proinde nemo clericorum amplius recipiat, q̄ dederit accommodatò: si pecuniam (inquit Concilium Carthaginense) pecuniam, si speciem, speciem eandē, quam dederit, accipiat, nec vltrà, aut iustum pro ea precium: secus facientes, sceneratores sunt, ab officio & beneficio suspendendi, excommunicandi, & ad Ecclesiasticā sepulturā, secundum Canones, non admittendi.

Nec licet mercaturas clerico exercere, vt emat quæ postea vendat: nec item cauponem agere, vt domū
suam

suam vertat in cœnopoliū, seu tabernam publicā. Nec sortilegiis, diuinationibus, aut etiā venationibus indulgere. Quæ omnia sacris Canonibus seueriter prohibita sunt: in capitulis disciplinæ, in visitationibus, & quoties deprehenduntur per Episcopum, Archidiaconos, Decanos, & eorum Officiales, punienda.

Sacerdotes item Nobiliū & diuitum ciuiū seruitio, sine Episcopi consensu & autoritate se non ita mancipent, vt seruiant in negotiis prophanis, & à cura sacerdotali alienis.

De disciplina populi.

Populus præter obediētiam, quã Principibus & Magistratui ciuili debet, ad eam quoque quam Episcopis debet & Ecclesiæ Prælati, sine qua in disciplina contineri non potest, redigendus est. Quinetiam lex diuina exigit, vt obediant præpositis suis, quorum est peruigilare,

lare, vt reddant rationem de animabus eorum, quò cum gaudio quod officii sui est, faciant, & non gementes. Debet ergo populus clerum, parochos, & illis superiores ordines venerari, eorum facta non temerè iudicare, nec aduersus presbyteros suos contendere, aut duros vel refractarios se exhibere, sed morigeros & obsequentes. Ad Christum enim, cuius legatione funguntur, pertinet eorum tam contemptus quàm honor.

Diebus dominicis & festis conueniat populus ad diuina, quæ in Ecclesia celebrantur. Concionem sub silentio audiat & memoriæ commendet: nec strepitu aut deambulatione, vel concionatorem, vel auscultantes perturbet: Patres & Matres familiâs audita illic secum domum perferant, secundum quæ liberos & familiam instruant ad pietatem: doceant eos Deum (qui inspector est omnium actio-

actionum nostrarum) timere, ei que salutem suam quotidie commendare, memoria retinere, ac frequenter recitare Symbolum Apostolicum, Orationem Dominicam, Salutationem angelicam, Præcepta decalogi, & quicquid ad virtutem bonosque mores pertinet: frequenter interesse diuinis, verbum Dei attentè audire, orare, Clerum & Magistratum honorare, erga omnes modestos & placidos se gerere, malam societatem fugere, horrere à blasphemis, iuramentis, & execrationibus: non contendere, litigare, aut insolescere, nemini iniuriam irrogare, senioribus cedere, increpationes & castigationes æquanimitè ferre, vera loqui, mendacia detestari.

Ceremonias quoque pietatis Christianæ, quales suprâ descripsimus, & instituta Ecclesiastica de ieiuniis & abstinentia carniùm, de Feriis, de
 Proces-

Processionibus, & id genus ritibus, populus religiosè ac piè obseruet.

Libri contagiosi, de falsa Religione suspecti, & qui Lucianico more, cum Deo, cum sanctis, cum Religione, & Sacris iocantur, trahuntque ea in ludibria, spectacula, populo curioso prohibendi. Neque enim ad pietatem & bonos mores faciunt. Similiter petulantes & obsceni, imagines, libidinum incitamenta, cum multa foeditate ostendentes, vel ad ludibrium religionis, aut ad certorum hominum infamiam effigiatae, prohibeantur. Legat autem populus libros sacros, sanctos patres, vitas sanctorum, historias præclarorum & fortium virorum, & tales spectet imagines, quibus ad pietatem, virtutem, studia honesta, religionis, & reipublicæ amorem accendatur.

Abstineatur ab ebrietate & comotationibus, quibus & naturæ vires

eneruantur, & malis ingentibus sæpe datur occasio. Nec pateant cœnopœlia & tabernæ diebus festis ante sacrum in Ecclesia peractum, nisi peregrinis & infirmis. In transgressores Magistratus animaduertat. Animaduertat quoque in seductores populi, qui noua dogmata ab Ecclesia non recepta, non verentur spargere: in sacrilegos, in periuros, blasphemos, usurarios, adulteros, & crimina publica, quibus corrumpitur iuuentus, imò omnis ætas, & ppter quæ De⁹ respublicas sæpe magnis cladibus afficit.

Principes seculares & Magistratus ciuiles, non patrocinentur eis, qui in Clero & populo reformari detrectant, sed Episcopis & Prælati Ecclesiæ sint auxilio, eorūque decreta fideliter exequantur, & ordinem præscriptum cogant obseruare. Iurisdictionem quoque & libertatem ac immunitatem Ecclesiasticam, Imperato-

peratorum legibus, & sacris cano-
nibus Episcopis & Clero tributam
ac firmatam, tueantur, ipsisque con-
seruent. At hi qui Prælatos, Eccle-
sias, eorúmque bona in fidem, tu-
telam, ac protectionem suam rece-
père, & contra fidem datã, præfectu-
ra seu protectione sua abusi, Eccle-
siis, quas tueri debebãt, grauias & ini-
qua onera ausi fuerunt imponere, æ-
quũ est vt præfectura seu tutela per
Cæsareæ Maiestatis cõmissarios amo-
ueantur: eis autẽ qui abusi non sunt,
limites & ius præscribantur, vt aper-
tè constet, quid alteri alteris inuicem
debeant.

De Visitatione.

VT visitet Episcopi suas Dice-
ceses, non nupera est inuentione,
aut à Patribus primùm intro-
ducta, sed hic mos ab Apostolis de-
scendit. In Actis scribit Lucas, Pau-
lum circumambulasse regiones, in
F ii quibus

quibus prædicauerat verbum Dei, ut videret quomodo haberent se fratres, & ut cōfirmaret eos in fide, traditionesque Apostolorum & seniorum eis præciperet custodiendas, quæ ferè omnia sunt, quæ ad visitationem pertinent.

Debet itaque Episcopus, si non iuxta Toletani Concilii decretum, quotannis propter latitudinem provinciae, saltè quarto aut quinto quoquo anno totam Diocesim suam per se, vel suum in pontificalibus Vicarium circumire ac visitare, & inter visitandum, pueros baptizatos cōfirmationis Sacramēto signare. Archidiacones verò, seu Chorepiscopi & Decani rurales, territorii seu regiunculae suae Ecclesias, singulis quibusque annis visitare debent: ad hoc enim negotium in partē sollicitudinis Episcopalis vocati sunt.

A visitatione Episcopali nulla Ecclesia

clesia sit exempta, sed à Cathedrali ad Collegia, à Collegiis ad Monasteria (nisi proprium habeant Visitatorem) à Monasteriis ad Ecclesias Parochiales, ab his ad Oratoria, Hospitalia, Scholas & Bibliothecas trãseat. In quibus præcipua sit cura Episcopo, vt primum Cleri vitia, deinde populi eradicet, ne qua radix amaritudinis sursum crescat, per quam inquinentur multi. Siquidem neglecta Visitatione, Religio omnis corrui, & robur acquirit impietas.

In locis visitandis delegãtur imprimis viri probi, boni nominis, & fide digni quatuor, quinque, aut plures, secundum Cleri & plebis, subiectorumque pagorũ multitudinem, quibus cõuersatio Cleri & populi, fama quoque vulgaris sit nota: qui & obstringantur iuramento, ad dicendum liberè, audacter, & securè, ira, odio, amore, & affectibus prauis remotis,

ea de quibus est Visitator pro emendatione & correctione malorū percontaturus . At leues delatores, nisi probent quæ deferūt, non audiātur.

Procedendum autem in inquisitione à capitibus ad membra inferiora, à Decanis ad Canonicos, Vicarios & ministros infimos : ab Abbatibus ad Procuratores & monachos, à Parochis ad sacerdotes, ædiles, & hostiarios: deinde ad laicos reliquos, inquirendūque in Collegiis & monasteriis, vtrum Canones & regulæ obseruentur, vtrum seruetur frequenter capitulum disciplinæ, & qua seueritate: an corrigantur illic vitia quotidie subnascentia, an reuerenter & debitè seruetur cultus diuinus, an satisfaciant maiores & minores suo quisque officio, secūdū ea, quæ suprā exposita sunt : an sint vlli concubinarij, adulteri, ebriosi, criminosi, infames, aut suspecti de hæresi,

res, vel aliis malis. Externa, qualis est habitus & tonsura, ædificiorumque & bibliothecæ status inspici debent. De prædiorum, censuum, & iurium conseruatione inquirendum. Sed specialiter in Parochiis, num intrusus sit Parochus, & quo titulo regat, an constet de ordinatione, vtrû sit mercenarius, an rectè administrat Sacramenta, an extorqueat pecunias pro administratione. Item de doctrina, de honestate vitæ, & familiæ eius, & an boni Parochi munere in omnibus perfungatur. Sic de ædilibus, de sacristis, seu custodibus, num ornamenta, vestes, sacræ reliquiæ, vasa aurea & argentea, ædificia, census, prædia bene conseruentur. Diligentissimè verò inuestigandum, num deliteat in Parochia hæreticus, aut schismaticus vllus, num hæresis aliqua occultis conuenticulis disseminetur,

an sint qui curiosius de fidei mysteriis disputent, & simplicibus iniiciant scrupulos: item de obseruantia ieiuniorum, processionũ, dierum festorum, & rituum Ecclesiasticorum, de superstitionibus, maleficiis, blasphemis, periuriis, adulteriis, stupris, incestibus, odiis, dissidiis, rebellione & contemptu ecclesiasticæ & civilis potestatis, & iis criminibus, quibus locus, qui visitatur, solet diffamari.

Inquisitione facta, quæ rectè se habent, laudabit: quæ malè, castigabit, & corriget. Intrusos Parochos, vagos sacerdotes quib⁹ nulla certa fundatio est, & monachos fugitiuos, extrudet atq; eiiciet: quæ per ipsum emendari nequeunt, referet ad synodum Episcopalem, vt illic eiusmodi rebus secundum canones Ecclesiasticos statuatur.

In castigatione tamen sit prudens & circumspectus visitator, ne occulta prodatur:

prodat : sed quæ occulta sunt , clàm
 etiam & occultè puniat, & sanare cu
 ret : manifesta verò publicè arguat,
 vocatisque (secundum Lateranensis
 Concilii sanctiones) accusatis, nō pri
 mū mulctam ab eis exigit (vt ha
 tenus) pecuniariam, sed pœnitētiā
 canonicam & publicam , quantum
 eius fieri potest, imponat : sic videli
 cet, vt peccatum humiliter agnosce
 ribus, veniamque petentibus, & pol
 licentibus emendationem, pœniten
 tiam salutarem in ædificationē alio
 rum, ad certum tempus, pro magni
 tudine delicti, imponat. Cōtumaces
 verò, & manifesta sua crimina agno
 scere, & pœnitentiam suscipere recu
 santes , si clerici sint , à ministerio &
 beneficio eos remoueat, aut etiā pro
 criminis magnitudine excōmunicet.
 Laicos extra cōmunionem sacramen
 torum & consortium hominum lo
 cet, ab omnibus vitandos , donec ad
 cor

cor reuertatur, & crimina sua agnoscentes, pœnitentię remedia suscipiāt.

Postea Visitator omnes in vniuersum moneat, vt nō solūm qui publicè peccarunt, sed etiam quorum consciētię occulto peccatorum reatu tenentur obstrictę, ipsi aut eis, quos in comitatu socios & cooperatores habet, priuatim confiteantur, vt potestate, à Deo Episcopis data, absolui à vinculis suis mereantur, & secretius pœnitentia salutari imposta satisfacere.

Ad hęc formam visitent quoque, & inquirent, ac pœnitentiam iniungant Archidiaconi & Decani rurales in suis regiunculis. Grauiora verò, & quę per ipsos emendari nequeunt, referant, vti suprā dictum est, ad Episcopum & synodum Episcopalem, publico iudicio submittanda. Eorum enim visitationes paruę quædã & particulares sunt synodi,

di, synodo maiori subiectæ, & secundum eius iudicium dirigendæ.

De Synodis.

Salus Ecclesiæ, terror hostium eius, & fidei Catholicæ stabilitamentum sunt Synodi, in quibus potissimum eminet Episcopalis apicis authoritas. Quapropter Apostoli, & post Apostolos magna illa Concilia, Calcedonense & Lateranense statuerunt, ut Episcoporum comprovincialium Synodus quotannis bis celebraretur. Quod cum in Germaniis, propter prouinciarum latitudinem, fieri sit difficile, saltem Diocesanam Synodum bis quotannis celebrare est necesse, in qua Archidiaconis, Abbatibus, Prælatibus, Decanis, Presbyteris, Parochis, & Clero suo, Episcopus, Synodi caput, præsideat, quem à Synodo abesse non licet: nisi insuperabilis impotentia adimat ei facultatem. Concilium
verò

verò Prouinciale statuerunt Patres
 Confilii Basiliësis, ad minus de trië-
 nio in triennium debere celebrari.

Primò Synodi die, præsentibus
 qui ei intererunt, inuocetur spiritus
 sanctus. Deinde Episcopus, aut alius
 quispiam, cui ille hoc negotii impo-
 fuerit, adhortetur omnes ad promo-
 uendum studium pietatis, & Ecclesia-
 sticam disciplinam, ac correctionem
 vitiorum emergentium. Post exhor-
 tationem legantur nouissimi Conci-
 lii generalis vel prouincialis nõdum
 publicata decreta.

Deinde eiectis ad publicationem
 Synodi vsque Laicis & clericis mi-
 norum ordinum, & eis qui ad secre-
 ta Synodi consilia non pertinent, in-
 tromissis illis tantum, qui in confessum
 Synodalem recipiuntur, & sacerdo-
 tibus ac dignioribus à Clero causam
 Episcopus exponat, aut alteri expo-
 nendam imponat, ob quam Synodus
 fit

fit coacta, iubeatque singulos per iuramentum (Notariis qui omnia excipiant assidentibus) proferre in medium Ecclesiarum suarum: Prælatorum quoque & populi, siue præsentium, siue absentium vitia grauia, quæ à Synodo corrigantur, absque vlllo personæ respectu. Si sit Pastor aliquis non legitimus, aut per vim intrusus: Si negligens officii & incorrigibilis: Si in clero quis Symoniacus: Si hæreses suppullulent: Si in officia diuina irrepant abusus: Si Prælati aut Parocho bene præsidenti rebelles sint inferiores: Si vlli malè præsideant: Si per tyrannidem potentiorum, aut iudicia iniusta opprimatur Ecclesia, populus, viduæ, vel orphani: Si sacrilegia cõmittantur, si violentur Ecclesiæ iura, si vsurarii sint in clero vel populo, si incestuosi, si enormia crimina admittantur, à quibus nolint desistere, aut agere pœnitentiam.

Audian-

Audiantur quoque appellationes eorū qui ad Synodum prouocarunt, & absentium legantur Epistolę. Denique & Laicis fiat potestas suas querelas (modò res Ecclesiasticas cōcernant, aut ad iudicium Synodi pertineant) proponendi in scriptis, aut per Sacerdotem vel Aduocatum aliquem. Aut si viri sunt digni, intro-mitti possunt, & audiri præsentes, non vna tantum sessione, aut die vno, sed duobus, tribus, quatuorve, aut quinque, donec fuerit Synodus de causis sufficienter informata.

Perceptis vitiis & querelis, consultandum inter Synodales communiter & priuatim, qua ratione arbitrentur audita incommoda emendari posse, & tolli. Ad quæ consilia etiã Theologi & Iurisperiti, si res postulat, adhibeantur. Et nemo discedat, donec causæ omnes finiantur, dimit-taturque Synodus.

Vbi de executione eorum, quæ Synodi pars potior probabit, fuerit constitutum, pulsatis campanis ad publicationem admittantur omnes, renouenturq; Canones ad correctionem vitiorum (de quibus tractatum fuit) & eorū extirpationem valentes, aut etiam noui, pro disciplinæ Ecclesiasticæ ac pietatis restitutione condantur. Si quid non finiatur, reiciatur ad Synodum prouincialem, illic discutiendum & definiendum, rogeturque Metropolitanus, vt quamprimum fieri conueniet, Concilium prouinciale indicat.

Peractis omnibus cantetur: Te Deū laudamus: dimittanturque Clerus & populus, cum benedictione, Episcopali.

De

De Excommunicatione.

CV M excommunicandi potestas in hoc à Christo Ecclesiæ tradita sit, vt impii, scelerati, contumaces, rebelles, & incorrigibiles, ab Ecclesia, à Sacramentis & communione fidelium pellantur, tradanturque Satanæ in interitum carnis, donec suffusi pudore resipiscant, & abnegata impietate, dignâ pœnitentiâ pro flagitiis suis Ecclesiæ satisfaciât, eiûsq; se iudicio submittât, summo opere Christianis veris metuenda est, nec leuiter in aliquẽ stringenda.

Cauebit ergo Iudex, ne ob alias causas, quàm criminales, easque valde graues ac letales, magno cum iudicio, diuinam hanc censuram, qua nulla est maior in Ecclesia, proferat in eos, qui aliter corrigi nõ possunt: sicut tamen, vt feriendo magis sanet, quàm vt prorsus interimat, atque vt spiritus saluetur in die domini. In
causis

causis verò merè ciuilibus, iuris ciuili dispositiones obseruentur.

Excommunicati secundum sacros Canones & scripturas, sub grauis reatus incurfu, ab omnibus vitari debent, & à nemine recipi in consortiũ vel familiaritatem, nec ante ad Sacramenta & communionem fidelium admitti, aut absolui, quàm pœnitentia ducti, veniam supplices postulent, spondeántque emendationẽ, & nõ modò Ecclesiæ digna pœnitentia pro perpetratis sceleribus secundum Sacerdotis iudicium satisfaciãt, verumetiam illis, quibus iniuram intulere.

FINIS.

G



ACTA SY-

NODI DIOECE-
SANAE COLONIEN.

habita secunda Octobris.

Anno Domini 1548. sub

Reuerendissimo & Illu-

strissimo Domino Adol-

pho, Colomensi Archie-

piscopo, & Sacri Imperij

per Italiam Archicancel-

lario, Principe Electo-

re. & c.

VOCATIO ORDINUM ECCLESIASTICORUM ad Synodum secunda Octobris celebrandam.

A DOLPHVS Dei gratia sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacri Romani Imperii per Italiam Archicæcellarius, Princeps Elector, Vueſtphaliæ & Angariæ dux, Legatúsque natus, &c. Vniuerſis & ſingulis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, tam Collegialibus, quàm Ruralibus, Eccleſiarúmque Parochialium Rectoribus, Monafteriis & Conuentibus, & aliis, qui Synodo noſtræ Episcopali de iure vel conſuetudine intereſſe conſueuerunt & debent, Salutem in Domino ſempiternam. Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, &

G ii Deus

V O C A T I O

Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Is superioribus diebus Ecclesiam suam iam multos annos ab infanis & sceleratis hæreticis nostri temporis, grauiter & miserabiliter diuexatam & afflictam, ex infinita sua misericordia respiciens, per religiosam Christianissimam & clementissimam Imperatoris nostri Caroli quinti sollicitudinem, mirificè consolatus est. Vnde nos plurimùm gaudere & exultare in Domino debemus, ipsi gratias agentes, quòd nauiculam suam, spiritualium ventorum, & procellarum turbine dire conuassatam, ac in mediis fluctibus periculossimè & penè ad desperationem usque laborantem, secundum veracissimam promissionem suam non deseruerit, reddita ei spe securitatis, maxima & certa fiducia ex hac sæua & horrifona tempestate

ftate semel tandem emergendi, & ad
 portum Catholicæ tranquillitatis &
 pacis, cœlesti fauore fœliciter pertin
 gendi. Audistis enim haud dubium
 omnes, & quamplurimi ex vobis scri
 pto etiam cognouerunt, quemadmo
 dum Inuictissimi & excellentissimi
 Principis pietas spiritu Dei incitata,
 in proximis Augustēſib. comitiis, re-
 ligionis reparandæ restituendęq; causa
 à se clemētissimè indictis, omnē ani-
 mi ac consilii sui vim eò intēderit, vt
 sua prouidentia omnem dissensio-
 nem contra integritatem fidei & re-
 ligionis Catholicæ, à schismaticis &
 pestilentissimis apostatis in hac in-
 clyta Natione nostra perniciosissi-
 mē excitatam, restingueret ac sopi-
 ret, nihilq; in Catholica Ecclesia im-
 pacatum relinqueret, quod ad suam
 gloriam quammaximè pertinere exi-
 stimaret: vt cuius tutelam à Deo su-
 scepit, eam è captiuitate verè Baby-

lonica in pristinam vindicet libertatem. Qua in re bonum profectò initium fecit, quando inter cætera, in sua Imperiali declaratione (quomodo in negotio religionis per Imperium, vsque ad definitionem Concilii generalis viuendum sit) à communibus Imperii statibus, qui Ecclesiæ Catholicæ institutiones & decreta hætenus obseruauerūt, clemēter requisit, vt eadem deinceps in suis ditionibus religiosè obseruent, constanterque teneant, & à suis subditis obseruari & teneri faciant, nec se auelli ab eis vllō modo patiantur, aut omnino quicquam immutent, adempta eis facultate nouos ritus vbilibet sectandi vel retinendi. Quod & status isti Catholici (è quorū numero Dei benignitate & nos sumus, & eodem bene fauente perpetuò erimus) se facturos, & perseueranter obseruaturos esse iam antè obtulerunt,

runt, & requisitione facta libenter
receperunt. Porro cum sua Maieſtas
ſapientiſſimè ſecum conſideraſſet,
omnium harum calamitatum & ma-
lorum, quibus Eccleſia Catholica
tamdiu iacuit oppreſſa, vnicam cau-
ſam eſſe iniquitates, ſcelera & pecca-
ta noſtra præterita, ob quæ (vt Pro-
pheta ait) ſtillauit ſuper nos male-
dictio & deteſtatio, quæ ſcripta eſt
in libro Moyſi ſerui Dei: ea de re
ad reformationem morum ac diſci-
plinæ Cleri animum imprimis ap-
puliſt, veluti ad vnicum remedium,
quo mediante, exciſa omnis mali
cauſa, finem denique malorum om-
nium inde promanantium Deo pro-
pitiſſimè ſperare poſſimus.
Formulam igitur quandam refor-
mationis à viris Catholicis & Theo-
logis ſacrarum literarum peritia &
ſingulari fide, & veræ Religionis
G iiii zelo

zelo præditi, conscriptam, statibus
 Ecclesiasticis, hoc est, nobis, Archi-
 episcopis, Episcopis, aliisque Eccle-
 siarum Prælati, in memoratis suis
 Augustensibus Comitibus, ad delibe-
 randum proposuit. Qui nobiscum
 perpendentes, quantum præsidii Do-
 minus Ecclesiæ suæ in eius clemen-
 tia præpararit, Formulam istam di-
 ligenter visam & perspectam, quò
 paci publicæ consuleremus, & per
 eam Ecclesiarum & Clerorum no-
 strorum utilitati commodius prou-
 deremus, vti diuinis literis & sacris
 Canonibus consentaneam probaui-
 mus, eamque singuli in nostris Eccle-
 siis & Dioccesibus debitæ executio-
 ni per Synodos cum Episcopales, tū
 Prouinciales, vt ea res postulat, intra
 præstitutum tempus demãdare vel-
 le promisimus. De his igitur tam piè
 & religiosè gestis, vos omnes & sin-
 gulos certiores reddentes, in virtute
 sanctæ

sanctæ obedientiæ , autoritate nostra Archiepiscopali in Domino requirimus & monemus, imprimis, vt secundum Cæsareæ Maiestatis seriã declarationem , & mandatum Ecclesiæ Catholicæ, Institutiones & Decreta, tam in doctrina, quàm Sacramentorum administratione & disciplina, in Ecclesiis, Monasteriis, Sacellis & Oratoriis vestris, ac alias vbilibet, posthac religiosè obseruetis, cõstantèrque teneatis, obseruarique & constanter teneri faciatis, neque ab eis vllò modo vos auelli, vel immutari quicquam patiamini. Deinde simili modo requirimus vos, & monemus, vt ad alteram diem post Remigii confessoris, quæ est secunda mensis Octobris, quam celebrationi Synodi nostræ Episcopalis pro executione memoratæ Reformationis, vt hætenus quoque semper fuit, destinatam præfixamque esse volumus,

mus, in Ciuitate nostra Colonienſi,
omni excuſatione remota, obedi-
ter compareatis, audituri à nobis, &
facturi nobiſcum omnia, quæ ad ex-
tirpationem errorum, & conſentien-
tem diuinorum Sacramentorum, &
Eccleſiaſticorum officiorum admi-
niſtrationem, morum correptionem,
ſalutarisq; diſciplinæ obſeruatio-
nem, ſecundum eiufmodi Eccleſia-
ſticæ reformationis tenorem, ac ſa-
cras ſcripturas, & ſcita ſacrorum Ca-
nonum neceſſaria videbuntur & op-
portuna. Ne verò quiſquam tum,
per obtenſam ignorantiam reforma-
tionis huius quoquo modo ſeſe va-
leat excuſare, mittimus vobis & ve-
ſtrùm cuius, ſecundum ſuum mu-
nus & officium, vnum vel plura e-
iuſdem reformationis exemplaria,
inter ſuos ſuæq; curæ commiſſos
publicanda & distribuenda, præſer-
tim per vos Decanos rurales in Ec-
cleſiarum

clesiarũ Parochialium Rectores sub
vestris Decaniis commorantes. Vos
nihilominus omnes & singulos præ-
dictos in Domino fideliter exhor-
tantes, vt statim exemplaribus istis
acceptis, ad illorum præscriptũ, vi-
tam, mores, & officium vestrum exi-
gatis, & quæ secus habent, quæque
aduersus ea & Ecclesiæ Catholicæ,
sacrorũque Conciliorum instituta
in Ecclesiis, Monasteriis, Sacellis &
Oratoriis vestris, recens post ortam
in Religione dissensionem, qualiter-
cunque inuecta seu introducta fue-
rint, quãtũ in vobis est, è medio tol-
latis: quod si minus poteritis, saltem
eos qui in hac re vobis obfistent, aut
secundum hanc formã se reformare
detrectabũt, nobis in futura Synodo,
vt vel nostra authoritate coërceãtur,
vel Cæsareæ Maiestati secundum ius-
sionem eius nobis desuper factã in-
dicentur, denunciatis. Omnino ca-
uentes

VOCATIO ORD.

uentes ne quisquam veſtrūm, gratia
aut formidine poteſtatum ſeculariū
ſe deprauari ſinat, vt à veritate abſ-
cedat. Certificantes etiam vos om-
nes & ſingulos prædictos, præſen-
tium per tenorem, vt ſiue ad præſi-
xam Synodo diem compareatis, ſiue
minus, nos nihilominus ad execu-
tionem Reformationis prædictæ ex
officio nobis iniuncto, per remedia
opportuna proceſſuros eſſe, præſta-
tariorum contumacia non obſtan-
te. In fidem & teſtimonium præmiſ-
ſorum, præſentes noſtras literas, ſi-
gillo noſtro ſubimpreſſo fecimus
communiri. Datum in arce noſtra
Bruelenſi, prima menſis Septem-
bris, Anno Domini Milleſimo, quin-
geſimo, quadrageſimo octauo.

MAN-

COM M A N D A T V M D E
 A B I I C I E N D I S C O N C V -
 b i n i s .

A D O L P H V S Dei gratia fan-
 &æ Colonienſis Eccleſiæ Ar-
 chiepiſcopus, Sacri Romani
 Imperii per Italiam Archicancella-
 rius, Princeps Elector, Vueſtphaliæ
 & Angariæ dux, Legatúsque natus,
 &c. Omnibus & ſingulis Præpoſi-
 tis, Decanis, Canonicis, Plebanis, a-
 liísque Collegiatarum & Parochia-
 lium, ac Capellarum rectoribus, Vi-
 cariis, Presbyteris & Clericis vniuer-
 ſis, noſtrarum Ciuitatis & Dioceſ-
 ſis Colonienſis, & veſtrúm cuiſlibet,
 Salutē in Domino. Etsi ex reforma-
 tione Cleri per Cæſareã Maiestatem
 Dominū noſtrum clemētiffimum in
 proximis Auguſtenſibus Comitiis
 Eccleſiaſticis ſtatibus propoſita, &
 ab eiſdē expenſa, probata & recepta,
 quam

quam vobis suæ Maieſtatis iuſſu du-
 ximus intimãdam, cognoscere abun-
 dè poſſitis, qualem vos poſthac vi-
 tam inſtituere, quibus moribus or-
 natos & præditos eſſe, & quæ vitia,
 ne cuiquã offendiſculo ſitis, cauere o-
 porteat. Nihilominus tamẽ cum in-
 ter omnia crimina, nullum ferè ſit,
 quod Clerũ fœdiùs apud populum
 traducat, & maius in plebe ſcãdalum
 pariat, q̃ ſcortatio manifeſta, viſum
 eſt nobis operæpreciiũ, vt quod ma-
 iorem præbet Eccleſiaſtici ordinis
 contemnendi materiã, ſpecialiori &
 accuratiore animaduerſione coërcea-
 mus, Quãobrem non modò Cõcilio
 generali & ſacris Canonibus, noſtro-
 rúm; prædeceſſorũ cõſtitutionibus
 ſuper hac re æditis inſiſtentes, ſed &
 Reformationem memoratam in hoc
 articulo, ſub titulo, De diſciplina
 Cleri, cuius initiũ eſt: Porro quis fe-
 rendũ putet, vt ſcortationi indulgeãt
 &

& adhæreant cōcubinis, &c. (quem diligēter perlegere, & animis vestris infigere debetis) exequi (vt tenemur) volētes: harū literarū nostrarū tenore statuimus, volumus & mādamus, vt omnes & singuli sacris ordinib⁹ initiati, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, cuiuscunq; dignitatis, status, gradus vel cōditionis fuerint, quibus cōcubinæ vel fœminæ de incōtinentia suspectæ, seu quarū nomine ipsi ante hac defornicatione diffamati fuerūt, manifestè cohabitāt, eiusmodi mulieres à se è domibus & parochiis suis intra nouē dierum spatiū post receptionē & publicationē præsentium, quorum tres pro prima, tres pro secunda, & tres pro tertia peremptoria & canonica monitione ipsis præfigimus, omnino amoueant & expellant. Alioqui sentētiam suspensionis ab officio & beneficio, iuxta dictæ Reformationis tenorem (quam propter

M A N D A T V M

pter hoc in eos ferimus in his scri-
 ptis) se nouerint incurrisse. Mulieres
 autem eiusmodi, si post istos nouem
 dies, in domibus seu Parochiis horū
 Clericorum repertæ fuerint perman-
 sisse & permanere, per Collegiales
 & Christianitatum ipsorum loco-
 rum Decanos, autoritate nostra
 excommunicentur, & excommuni-
 catae publicè nuncientur. Volumus
 quoque ut Ecclesiarum Prælati me-
 moratas pœnas diligenter exequan-
 tur, alioqui nos eorum negligentiam
 suppleturi, inobedientes secundum
 Canonicas sanctiones puniemus, ut
 pœna docente bene agere, & à malo
 desistere, & à peccatis abstinere di-
 scant. Iniungimus etiã Prælati-
 bus & Christianitatum Decanis, ut ad
 proximam per nos indictam Syno-
 dum nobis indicent, quânam Cle-
 ricorum prædictorum, huic nostro
 mandato intra tempus præscriptum
 parere

parere & obtemperare neglexerint: ut contra tales vlteriùs ad Beneficiorum priuationem, aliasque duriores pœnas secundum dictæ reformationis præscriptum procedamus. In hoc facturi nostram, imò sacræ Cæsareæ Maiestatis mentem & expressam voluntatem. In fidem præmissorũ, præfentes nostras literas, sigilli nostri impressione fecimus communiri. Datum in arce nostra Bruelensi, prima mensis Septembris, Anno Domini, 1548.

Secunda Octobris die, præsentibus & ordine compositis in choro Cathedralis Ecclesiæ Patribus & Dominis, quos Reuerendissimus Archiepiscopus ad celebrãdam Synodũ acciuerat, cum reliqua cleri & populi omnium qui interesse volebant multitudine, mane sub horã sextã, Missa de S. Spiritu solenni ritu peracta est, quam benedictio Archiepi-

chiepiscopalis subsequēbatur. Et ubi
 Archiepiscopus rursus in locum suū
 rediisset, reuerendus D. Ioānes Noe-
 pel à Lippia, Episcopus Cyrenensis,
 & Reuerendissimi D. Archiepiscopi
 Suffraganeus, ab ipso Archiepiscopo
 iussus, causas exposuit huius conuen-
 tus: nēpe vt synodi Patres ad exem-
 plum sanctorum Apostolorum, qui
 difficili aliquo casu suborto, synodū
 cogere solebant, in qua de Religio-
 nis negotiis communibus, consilio
 Patrū communi decerneretur: & ipsi
 quoq; inuocato nomine Christi, qui
 præsentia suam ad finem vsq; seculi
 Ecclesię suæ pollicitus esset, & se ad-
 futurū in medio eorum, qui in ipsius
 nomine congregarentur, nunc in cō-
 mune conferrent, quānam ratione cē-
 ferent, tot heresibus & schismatis di-
 scriptæ, & dormientibus hominibus
 afflictæ, totq; vitiis Cleri & populi
 contaminatæ Ecclesiæ, consuli pos-
 se, quod

se, quò vitiis & hæresibus sublatis, tranquillitati & splendori suo Ecclesia Christi tandem aliquando restitueretur. Ad quam rem vti omnia cõsilia & studia sua, omnemque animi vim, pro suo quisque munere intenderent atque conuerterent, graui oratione synodi Patres ex Archiepiscopi nomine adhortabatur.

Post quem honorabilis D. Sebastianus Nouimola, sacræ Theologiæ Licentiatus, & Ecclesiæ Cathedralis Presbyter Canonicus, consensu suggestu, concionem Latinam & piam habuit: qua synodi patres omnemque Clerum exhortaretur ad studium Religionis & sacrarum literarum resumendum: quibus solis armis impii aduersariorum Ecclesiæ conatus elidi possent atque confringi, quibus & in ipsomet retorqueri possent tela, quæ perperam aduersarii in catholicos iacerent: ac laudauit inter-

rim Ecclesiæ Colonienſis in fide & religione Chriſti orthodoxa perpetuam atque immobilem conſtantiã, à qua primùm Ecclesiæ Catholicæ hostes didiciſſent per hanc tempeſtatem, & ſub totius orbis Chriſtiani testimonio experti iam eſſent, ſe poſſe ſe ſuperari ac fugari.

Orationem dictam laudauit Reuerendus D. Suffraganeus, ac mox ſubiecit, quòd cum Concilium Oecumenicum Tridenti per ſedem Apoſtolicam inductum, foeliciter cœptum, & ſeſſionibus aliquot habitis celebre factum, è quo omnium animi pendere videretur, ignotum quadiaboli inuidia, ſuſpenſum iam hæreat, nec ſortiatur progreſſum, & Cæſaream Maieſtatem, Dominum noſtrum clementiſſimum, ne grauioreſ per hanc tam longam atque periculoſam neceſſarii Concilii ſuſpenſionem, perturbationes in Imperio, va-

riis

riis hæresibus ac dissidiis plus satis
iactato, subnascerentur, Statibus Im-
perii Ecclesiasticis proposuisse Re-
formationem quandam expenden-
dam, secundum quam, si sacris Cano-
nibus cõsentanea videretur, suas quis-
que Ecclesias in religione & officio
continerent, ac regerent, donec Con-
cilium generale finiretur, & dissidia
hæc tolleret. Quam, quum Ecclesia-
sticorum omnium iudicio visa fuis-
set è scripturis diuinis, Patrum tradi-
tionibus & sacris Canonibus conge-
sta, atque ad disciplinæ Ecclesiasti-
cæ restitutionem & emendationem
vitorum non parum allatura, ipse
Reuerendissimus Dominus noster,
vnà cum aliis Archiepiscopis, Epi-
scopis, Prælati, omnibusque Eccle-
siastici ordinis Statibus receperit, at-
que acceptarit definitionē vsq; Oe-
cumenici Cõcilii, in tota Dicecesi &
Prouinci sua obseruandam, eaque de

causa ipsam oībus sibi subiectis Diocesanis, quos ad præsentem Synodū conuocasset, transmiserit. Verūm, ne cui videatur hoc pacto nō satis legitimè publicata, & ne quis eius ignorantiam causari possit, vel ipsam subterfugere, iuberet modò Reuerendissimus D. eam & in præsentī Synodo legere palàm & publicare.

Quibus dictis statim conscendit suggestum Magister Petrus Cosfeldiæ, Capituli Metropolitanī Secretarius, & alta inde voce totam Reformationem illam ad finem vsque legit, & publicauit.

Facta publicatione, Reuerendiss. D. Archiepiscopus iussit, vt ad Synodum vocati, & quibus Synodi actionibus interesse liceret, ingrederetur domum Capitularem, vbi de negotiis Synodalibus tractaretur, & de causis ad Synodi cognitionē, & vitiorum emendationem inquireretur, &

consilio

consilio communi decerneretur.

Processerunt itaque Abbates, Præpositi, Decani, & Patres ad Synodū conuocati, è choro ad domum Capitularem, Primoribusq; cum Reuerendis. Archiepiscopo sedentibus, cæteris verò ob loci angustiam stantibus, inuitabat Reuerendis. D. Archiepiscopus per suum Suffraganeum omnes ad conferendū de pertinentibus ad Cleri & populi reformationem, vitiorumq; emendationē. Ibi primū interrogati propiūs assidētes, professi sunt, se velle seipso suosq; subditos ad modū præscriptæ ac publicatæ Reformationis, quantū in ipsis esset, per gratiam Dei, componere: ac omnē dare operā, ne quid in eis desideraretur. Cœptum quoq; est inquiri de vitiis. Sed quoniam iā multum temporis elapsū erat, & in meridiem vsque actio deducta, iussu sunt ad horam sextam alterius diei

H iiii redire,

redire, & Synodi negotia prosequi.
 Postridie tertia Octobris, omnibus ad eundem locum reuersis, Reuerendus D. Suffraganeus iussus quæ in mandatis habebat exponere, retulit Reuerendissimum D. Archiepiscopum ita secum firmiter constituisse, vt quoniam à capite ad membra inferiora dignum esset reformationem ordiri, se diligenter curaturum, vt quæ Archiepiscopalis sui officii sint minimè negligantur, nec temporalia spiritualibus præpositurum. Pertinere autem ad suum officium, celebrare Synodos, cui negotio intètus ipse iam esset: visitare diocesim, quod exequi proposuisset, primùm in ipsa Metropoli: & vbi commodè intra urbem vel extra visitare ipse non posset, propter negotiorum multitudinem & magnitudinem, quæ indies inciderent, decreuisset per idoneos Visitatores, quæ ad ipsum pertinerent, implere omnia

omnia & exequi: Confirmare baptizatos, & ordinare Ecclesiæ ministros: in quo negotio opera vteretur sui Suffraganei: lus dicere, in quo Officialium suorum opera vteretur. Si verò quis in ipsomet Domino Reuerendissimo, vel eius Vicariis, & Officialibus, emendatione ac correctione dignum aliquid animaduertisset, oraret vt is hoc ipsum proponeret, vel suam gratiam Reuerendiss. admoneret, se æquanimiter auditorum, & laturum quodcunque illud esset, & daturum operam, ne quis merito de se queri posset: nec passurum aliquid, quod in sua potestate esset, à quoquam merito desiderari: nec gratum sibi fore, si qui Officialium suorum, perniciosam negligentiam aut iniqua grauamina dissimularent, idē erga seipsum fieri postulabat D. Suffraganeus, & videri sibi verisimile aiebat, se non omnibus in docendo &
Pon-

Pontificalia exercendo satisfacere, cū sibi ipsi non satisfaceret, etiam vbi aliis satisfacere videretur. Admonitori inquebat, se gratiam habiturum, & meliora libenter amplexurum.

Regressusque ad ea, quæ prius cœperat nomine Reuerendissimi Archiepiscopi exponere, subdidit, Cæsaream Maiestatem in hac Reformatione Episcopis dedisse negotium, vt si quæ in sacræ Missæ officiū, vel horas Canonicas inutilia, aut quæ parū ad pietatem & ædificationem conferret, postrema hac ætate irrepsisset, ea repurgarent, atque ad veterum & probatissimorum codicum fidem restituerent: quod non nisi pura, emendata, & sacra existerent, quæ in officiis diuinis recitantur. Quod licet multum temporis ac laboris requiret, decreuisset tamen Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus, adhibitis ad id negotii viris piis & doctis,

etis, sedulo curare, atque ad proximam Synodum prouincialem, si expediri interea temporis negotia tanta queant, publicare. Quod præterea Cæsarea Maiestas Episcopis in reformatione imposuisset, vt Ecclesiis neglectis, & debitis obsequiis fraudatis, per occupatores plurium Beneficiorum, aut Ecclesiarum incorporatores, iuxta constitutionem Gregorii decimi in Concilio Lugdunensi, prouiderent idoneis Vicariis, quibus competentiam & congruæ portionis fructus assignent: & vbi tenuia sunt Beneficia, quæ victum non suppeditent, vt per vnionem talium curent, secundum modum quem præscribit Reformatio, quò habeant qui altari deseruiunt vnde viuant, nec causa relinquatur, cur non debeat vno quisque Beneficio meritò esse contentus; decreuit
quan-

M A N D A T V M

quantum eius modo fieri poterit, in sua Visitatione exequi: & sicubi obstabit difficultas, per quam impediatur, eam ad futuram Synodum provincialem referre. Hortaretur proinde, ut singuli ad hunc modum & eius exemplum, perlecta diligenter Reformatione, quæ sui muneris esse cognoscerent, ad se raperent, eisque satisfaciendis atque implendis sedulo incumbèrent: Decani, quod est Decanorū: Canonici, quod est Canoniorum: Pastores, quod ad Pastoris & Concionatoris officium pertinet: qui ea etiam, quæ de disciplina populi præscripta sunt, diligenter populo inculcarent: ita futurum, ut pietas vera aliquando restitatur.

Quæ præfatus, censuit progrediendum ad inquisitionem de rebellibus, criminosis, & Ecclesiarum gravaminibus faciendam: iussitque Reverendissimus D. Archiepiscopus (quod sciret

ret vnusquisq; quæ sibi cognita deferre ac proponere de Synodo deberet) prælegi articulū, q̄ sub titulo, De synodis, in Reformatione habetur in hæc verba: Iubeat Episcopus singulos per iuramentum, Notariis qui omnia excipiant assidentibus, proferre in medium, Ecclesiarum suarum, Prælatorum quoque & populi, siue præsentium, siue absentium vitia grauia, quæ à Synodo corrigantur, absque vlllo personæ respectu. Si sit Pastor aliquis non legitimus, aut per vim intrusus: Si negligens officii, & incorrigibilis: Si in Clero quis Symoniacus: Si hæreses suppullulēt: Si ī officia diuina irrepant abusus: Si Prælati aut Parocho bene præsidēti rebelles sint inferiores: Si vlli male præsideant: Si per tyrannidē potentiorū, aut iudicia iniusta opprimatur Ecclesia, populus, viduæ, vel orphani: Si sacrilegia committantur: Si violentur Ecclesiæ

clésiæ iura : Si vsurarii sint in Clero
vel populo: Si incestuosi: Si enormia
crimina admittantur, à quibus nolūt
desistere, aut agere pœnitentiam.

Ita admonitis præsentibus, & in-
formatis, fecit Reuerendis. D. Ar-
chiepiscopus omnibus potestatem
siue scriptis siue verbis sua propo-
nendi, & si qui fortè haberent nego-
tia, quæ metu potentiorum ad Sy-
nodum deferre non auderent, vt ea
clàm apud Cômmissarios deponerēt,
quos sua Reuerendissima gratia ad
hoc dare & ordinare vellet.

Ordine itaq; singuli vocati ad Re-
uerendissimi Archiepiscopi conspe-
ctum precesserunt, vbi sua deposue-
runt vt habebant parata, suntq; oēs
à Reuerendis. ita auditi, vt tamen à
remotioribus exaudiri nō potuerint:
& quæ attulerunt à Notariis excepta.
Nec cessatū ab ista inquisitione fuit,
donec vllus superesset non auditus.

Omnium

Omniū deinde consensu & sententia placuit, è singulis ordinibus deligere quosdam, qui denunciata ac proposita expēderent ac deliberarēt, conciperentque de eis suū iudiciū, quod ad totam Synodum vel probandum, vel emendandum, priusquam euulgaretur, referrent. Tempore per hæc negotia ultra meridiem ferè lapsa, dimissis ad sequentem diem cæteris, soli delecti à prandio reuersi sunt, & negotia quæ plurima erant, vt à multis delata, & pleraque eiusdem generis, retulerunt in ordinem atque compendiū: deliberationeq; & collatione inuicē habita, sententiam suam iusserunt ad Reuerendissimum Dominum Archiepiscopum referre.

Quarta Octobris, cū Reuerendiss. D. Archiepiscopus cū delectis sententiā suā fuissent scripto complexi accitis ordinibus omnibus ad domū Capitularem, Reuerendissimo Do. Archiepi-

chiepiscopo præsidente, ac suffragia singulorum, quæ liberè quisque dare poterat, requirente, Sententia illa distinctis ac disertis verbis vniuersis Synodi Patribus prælegebatur: quorum suffragiis acceptis, omniumque sententia atque iudicio ad illam accedentibus, statim processum est ad sacrum solenne: quo peracto, publicatio facta est è papyro in verba quæ sequuntur.

R Euerendissimus dominus noster Archiepiscopus Colonien-
sis, Princeps Elector &c. cupiens pro Pastoralis suo officio Clerum & plebem secundum Reformationem à Cæsarea Maiestate præscriptam, & ab vniuersis Ecclesiasticis Imperii statibus receptam, dirigere atque instituere: primùm omnium ipsam in Synodo præsentis, publicauit: deinde à præsentis Synodi ordinibus inquirendum duxit de eis qui parerent,

parerent, ac vitam suam secundum ipsam componere statuerent, & qui secus facerent.

In qua inquisitione, & examine suorum Prælatorum, Abbatum, Decanorum, Statuumque Ecclesiasticorum, hic præsentium, explorata ipsi facta est & comperta, præsentium omnium obedientia, qui se polliciti sunt huc omnes vires & studia sua cõuertere velle, quod & ipsi eam obseruent, & subditis suis obseruandam tradant atq; committant: quod elementer & cum gratia ab eis sua Reuerendissima gratia accepit.

Percepit quoque absentium eorum qui repugnant & Reformationi parere detrectant inobedientiam atque rebellionem: cui occurrere & mederi statuit: partim Canonicarum poenarum seueritate, partim in Visitatione, aut aliis opportunis remediis, pro huius Synodi iudicio atq; sententia.

Et imprimis, quod ordines quidam indicarunt quosdam esse Pastores, Sacerdotes & Laicos, qui inordinate viuerent, contra prædictæ Reformationis præscriptum, à quibus tamen admonitis de emendatione nondum retulissent responsum: præcipit & mandat Reuerendissimus dominus noster, cum præsentì Synodo, vt hi diligenter de eorum proposito in proximis eorum Capitulis inquirent: eorumq; responsionem Reuerendissimæ suæ gratiæ denuncient, quò possit de ipsis secundum Sacros canones & Reformationem præsentem, iudicare atque statuere.

Quòd verò simul accepit quosdam esse Pastores & Sacerdotes inobedientes, qui Reformationi prædictæ & Ordinariæ suæ potestati subiicere ac parere planè recusarent, decreuit sua Reuerendissima gratia vnà cù præsentì Synodo, vt cõtra eiuscemodi

di rebelles & inobedientes, primùm
 procederet Reuerendissimæ suæ gra-
 tiæ Fiscalis, eosque ad parendum via
 iuris compelleret: quod si non obti-
 neret, statuit idem dominus Reue-
 rendissimus se agere velle cum Prin-
 cipibus & Magistratibus, quorum
 præsidio niterentur, secundum clau-
 sulam Reformationis, quæ ita habet,
 sub titulo de Disciplina populi: Prin-
 cipes seculares & Magistratus ciui-
 les, non patrocinentur eis qui in Cle-
 ro & populo reformari detrectant,
 sed Episcopis & Prælati Ecclesiæ
 sint auxilio, eorumq; decreta fide-
 liter exequantur, & ordinem præscri-
 ptum cogant obseruare.

Jurisdictionem quoq; & libertatē
 ac immunitatem Ecclesiasticā, Impe-
 ratorum legibus & sacris Canonibus
 Episcopis & Clero tributam ac fir-
 matā, tueantur, ipsisq; cōseruēt, & c.

Decreuitq; oīno sua Reuerēdissi-
 ma

ma gratia, nō desistere, etiāsi ad Cęsarēam Maiestātē res sit deferenda, donec eiusmodi rebelles ad obedientiam & emendationem perducantur.

De apostatis verò, profugis monachis & monialibus, quos votorum & Religionis suę immemores accepit Reuerendissima sua gratia, cum Synodo, extra Prælatorū & Superiorum suorum obedientiam passim in Diocesi & prouincia sua vagari & se continere, alicubi etiam sub magistratum secularium defensione: fanciuit & ordinauit Reuerendissima sua gratia cum præsentī Synodo, secūdum formam præsentem:

ADOLPHVS Dei gratia sanctę Coloniensis Ecclesię Archiepiscopus, Sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarius, Princeps Elector, Vuestphalię & Angarię dux, Legatusque natus, &c. Vniuersis & singulis Abbatibus, Priori-

Prioribus, Præpositis, Decanis, Canonis, Plebanis, aliarumq; Ecclesiarum Collegiatarum, Parochialium, Monasteriorum, Conuentum vtriusque sexus, Ecclesiastici status, Capellanis, Altarium rectoribus, Vicariis, Presbyteris & Clericis, Ciuitatis & Diocesis nostræ Coloniensis, Salutem in Domino sempiternam. Cùm nihil æquè deceat hanc sacram Synodum procurare, quàm vt suæ quisque vocationi ac professioni satisfaciat: id quod & Cæsareæ Maiestatis Reformatio exigit, & Religionis, iam propemodùm per insolètes, ac professionis suæ desertores, cõfusæ ac p̄turbatę restitutio postulat: Hic decernim⁹ mādamus ac præcipimus, ne q̄s post-hac Monachos vel Monachas fugitiuos, & extra superiorũ suorũ obediẽtiam vagãtes, recipere, fouere, aut ad Sacramenta vel Ecclesiastica ministeria admittere auit, sub excõmuni-

cationis poena, qua & sacri Canones
feriunt eos, qui huiuscemodi fugiti-
uis, Apostatis, atque excommunica-
tis communicant: eos verò qui sub
dispensationum Apostolicarum præ-
textu, extra monasteria sua degunt,
volumus, vt dispensationes suas, quas
plerunque subrepticè, vel allegatio-
ne causarum falsarum impetrant, no-
bis exhibeant examinandas, & voca-
tis eorum superioribus, ac quorum
intererit, discutiendas. Datum in Ci-
uitate nostra Colon. An. Do. Millefi-
mo, quingentesimo, quadragesimo
oçtauo, die secūda mensis Octobris.

Insuper decreuit eos omnes nomi-
natim persequendos committere suo
Fiscali, donec resipiscant, & ad obe-
dientiam reducantur.

At verò de iis monachis, moniali-
bus & sacerdotibus, qui iam cōiugia
inierunt, & in connubio incestuoso
perseuerāt, statuit & decreuit Reue-
rendissi-

rendissima sua gratia, vnà cum præ-
senti Synodo, secundum formã quæ
hic sequitur:

ADOLPHVS Dei gratia fan-
ctæ Coloniensis Ecclesiæ Ar-
chiepiscopus, Sacri Romani
Imperii per Italiam Archicancella-
rius, Princeps Elector, Vuestphaliæ
& Angarię dux, Legatusq; natus &c.
Vniuersis & singulis Abbatibus,
Prioribus, Præpositis, Decanis, Ca-
nonicis, Plebanis, aliarumq; Ecclesia-
rum, Collegiatarum, Parochialium,
Monasteriorum, Conuentuũ vtrius-
que sexus, Ecclesiastici status, Capel-
lanis, Altarium rectoribus, Vicariis,
Presbyteris & Clericis, Ciuitatis &
Diœcesis nostræ Coloniensis, Salu-
tem in Domino sempiternam. Vo-
lentes tranquillitati Sanctæ Ecclesiæ
nostræ consulere, & errorem, vnde
grauissimæ perturbationes, non in
Ecclesiasticis modò rebus, verùm
I iiii etiam

M A N D A T V M

etiam in ciuilibus oriri possent, penitus tollere, iuxta Sanctorum Patrum decreta, sacros Canones & leges, vana cum hac sancta Synodo, matura deliberatione præhabita, decernimus & declaramus, prophanas, illicitas, & nusquam tolerandas esse nuptias, quas vel Monachi, vel Moniales, Religionem aliquam solemniter professi, vel Sacerdotes post hunc gradum, contraxerunt, prolesq; inde susceptas, illegitimas esse, nec aliter quam spurias & nothas habendas, ac proinde hæreditario nomine patribus suis, neq; in mobilibus neq; in immobilibus succedere posse aut debere. Quæ non noua aut recens est sanctio, sed peruetusta, semper in Ecclesia recepta, Imperatorumq; legibus & Sacrorum Canonum autoritate firmata, ac usu longæuo probata. Datū in Ciuitate nostra Coloniensi. An. Do. millesimo, quingentesimo, quadragesimo

o^octauo

Octavo, die secūda mensis Octobris.

Quò verò tales ad resipiscentiam & dignam satisfactionem reducantur, statuit præterea Reuerendissima sua gratias eos nominatim committere vbicunque locorum agant intra Diœcesis suæ fines Fiscali, coram inquisitoribus vel iudicibus ordinariis persequendos.

Cum eis verò qui resipiscentia ducti sponte redeunt ad Ecclesiam, Reuerendissima sua gratia pollicetur misericorditer & clemēter se acturam.

Ad eundem omnino modum statuit Reuerendissimus dominus noster vnà cum præsentī Synodo agere & procedere velle per suum Fiscalem & inquisitores contra Sacerdotes, Clericos & Laicos de Hæresi & schismate suspectos, aut sortilegia, vel diuinationes & similia, diuina lege grauitèr prohibita, exercētes: præcipitque ac mandat Decanis & Pastoribus

M A N D A T V M

storibus, in quorum territorio vel pa-
 storatu se continent, vt eos præcipiãt
 populo vitandos, ne plebs inde con-
 tagionem accipiat. Sunt & alia ple-
 raque vitia Reuerendissimo domino
 nostro & præsentì Synodo exposita,
 de quibusdam non bene præsidenti-
 bus Pastoribus, aut intrusis, concu-
 binariis ac tyrãnis, qui per vim & iu-
 dicia iniusta opprimunt clerum, im-
 munitatésque Ecclesiasticas, popu-
 lum, viduas, & orphanos. De sacrile-
 giis item, homicidiis, adulteriis & vi-
 tiis similibus, quæ quoniam non ad
 omnes pertinent, statuit Reuerendis-
 simus dominus noster vnà cum Sy-
 nodo, in Visitatione, per se vel suos
 Visitatores exactiùs ac diligenter in-
 uestigare, ac iuxta Canones & Refor-
 mationem præsentem, corrigere &
 emendare.

Porro quòd Decani & Pastores
 quidam petiuerunt declarationem &
 modera-

moderationem mandati, per Reuerendissimū dominū nostrum contra cōcubinarios sacerdotes & concubinas æditi, quas, sua Reuerendissima gratia cupiens Reformationē Cæsareæ Maiestatis exequi, mandauerat eiicere extra ipsam Parochiam: deliberatione cum Synodo habita, considerationeque Parochiarū quarundam amplitudine, aliarum verò angustia: declarat Reuerendissimus dominus noster cum Synodo, eiiciendas è vicinia concubinas, ita vt commerciis nō detur occasio, & suspiciones omnes vitentur.

Quòd item petiuerunt Decani & Pastores quidam, quomodo se habere debeāt in administratione Sacramenti Eucharistiæ, quòd quidam peterent tāquam à Cæsarea Maiestate permissum, quibuslibet sub vtraque specie sibi exhiberi: declarat & exponit idem Reuerendissimus dominus noster

M A N D A T U M

noſter cū præſenti Synodo, Cæſareã
 Maieltatem Cõunionem duplicis
 ſpeciei laicis Catholicis minimè per-
 miſſiſſe: ſed expreſſè & diſertis verbis
 à Catholicis ſtatibus, & eorũ ſubdi-
 tis exigere, ne quid in Sacramentorũ
 adminiſtratione, præter Eccleſiæ cõ-
 ſuetudinẽ immutèt, aut immutari in
 ſuis ditionibus vlllo pacto permittát.
 Cui Cæſareæ Maieltatis ordinationi
 vult Reuerẽdiſ. dominus noſter, tan-
 quã Archiepiſcopus & Princeps per
 Dei gratiã catholicus, fideliter & o-
 bedienter per omnia obtẽperare: om-
 nibuſq; præcipit & mãdat cum tota
 Synodo, vſque ad generalis Concilii
 definitionem obtemperandum.

Propter quõſdam, qui metu poten-
 tiorum fortè deterriti, nõ auſi fuerũt
 negotia & grauamina iſtis cognita
 ad Synodũ palàm referre, ordinat &
 ſtatuit Reuerendiſ. dominus noſter
 ſuum Cõmiſſarium in hac parte, re-
 uerendum

uerendum D. Ioannem Episcopum
Cyrenensem, suum Suffraganeum,
quem possint secretò ac liberè adire,
& ea omnia tutò exponere, quò Re-
uerèdis. D. noster de rebus ipsis, sup-
pressis deferentiũ nominibus infor-
matus, possit eiusmodi negotiis &
grauaminibus remedium ac mede-
lam adhibere.

Præterea vbi Reuerèdis suæ gra-
tiæ non erit cõmodum personaliter
visitare, designat & ordinat præcipuũ
Visitatorem eundem reuerèdum D.
Episcopũ Cyrenensem, cui pro tem-
porũ, locorum, & causarũ ratione ac
dispositione, plures idoneos visitato-
res ac cooperarios adiũget: eosdẽ-
que vobis in patentibus suis literis,
quas eisdem dabit, significabit.

Cæterũ, si quæ occurrant Visi-
tatoribus Reuerendis. domini, aut
etiã eius Fiscali & Cõmissariis, quæ
in præsens emendationẽ facilem non
admittant,

admittant, eiuscemodi omnia decre-
tum est referuare, ac reiiicere in futu-
ram Synodum suam prouincialem,
quę feria secunda post dominicā In-
uocauit, fauente & propitio Deo ce-
lebrabitur.

Pœnitentiarios verò confessores
vult Reuerendissimus dominus no-
ster suo opportuno tēpore ordinare.

Actum, conclusum, & pronuncia-
tum in publico Synodi conuentu,
Coloniæ, Anno Domini Millesimo
quingētesimo quadragésimo octauo
die quarta Octobris.

*Sententia per Secretarium è sugges-
tu recitata, statim cantarunt, Te Deū
laudamus, & antiphonam, Da pacem
Domine: quibus Reuerendiss. dominus
Archiepiscopus submisit Collectam, &
Synodum omnem cum Archiepiscopa-
li benedictione dimisit.*

COM M A N D A T V M D E
 S V P P L I C A T I O N I B V S
 pro reformatione Eccle-
 siæ faciendis.

AD O L P H V S Dei gratia San-
 ctæ Coloniensis Ecclesiæ Ar-
 chiepiscopus, Sacri Romani
 Imperii per Italiã Archicæcellarius,
 Princeps Elector, Vuestphaliæ &
 Angariæ dux, Legatúsque natus, &c.
 Vniuersis & singulis Abbatibus,
 Prioribus, Præpositis, Decanis, Ca-
 nonicis, Plebanis, aliarumque Eccle-
 siarum, Collegiatarum, Parochia-
 lium, Monasteriorum, Conuentuum
 vtriusque sexus, Ecclesiastici status,
 Capellanis, Altarium rectoribus, Vi-
 cariis, Presbyteris & Clericis, Cui-
 tatis & Diocesis nostræ Coloniensis,
 Salutem in Domino sempiternam.

Quando vertimus oculos nostros,
 ad superiores annos, omni dissensio-
 ne

ne plenos, qua regna cū regnis, Princes cum Principibus, Oppida cum Oppidis, Ciues cum Ciuibus intestino bello concertabant: atque varia hæreticorum versutia obnoxios, qua firmi in fide fatigabantur, infirmi capiebantur, medii cum scrupulo dimittebantur: latenti sanè & atroci persecutione, non martyres Christo, sed apostatas multiplicante, non possumus satis vobis exponere, atque verbis explicare, quantas arbitremur, & velimus domino Deo optimo maximo, agendas esse gratiarum actiones, quantasque eidem debeamus, pro ingenti suo insperatoque beneficio, qui infinita sua misericordia, & inenarrabili clementia, ita noxias dissensiones è medio sustulit, ita imposturas hæreticorum & sectariorum suæ Ecclesiæ catholicæ manifestauit, vt modo ad eam venerimus pacem & concordiam, sine qua, neque in hac Diocesi
nostra

nostra, vobiscum, & cum Suffraganeis nostris, neque in aliis parochiis Episcopalibus, de fidei negotiis, de corrigendis emendandisque moribus, in cōmune consulere licuisset. Quod nunc per totam Germaniam foelicitè fieri haud obscurè intelligitis, atque animaduertitis.

Accepta quidem hæc meritò ferimus Dei omnipotentis bonitati & misericordiæ, gratoque animo commemoramus. Veruntamen istud non minus meditari, perpendereque, nisi prorsus domino Deo ingrati esse velimus, operæ precium est. Quod ad remouenda flagella ista, nostris peccatis & criminibus iustè inflicta, Pientissimum principem, & inuictissimū Imperatorem Carolum quintum, dominum nostrum clementissimū, singulari victoria decorauit, admirabilique exaltauit triumpho. Quando

cuius catholica Maiestas Imperio Ro-
mano

mano rebelles, in ordinem coëgit, quando præfractos subiugauit, cunctatione querēs communem pacem, non vilo modo sanguinē sitiens confligendo. Quæ profecto heroica, diuinaque virtus est, rebus mortalium, vbi afflictæ turbatæq; sunt, conciliandis pacandisque cœlitus concessa.

Porro, si toti corpori domini nostri Iesu Christi, quæ est Ecclesia, rectè erit consultum, vt sit in vnitatis spiritus, & vinculo pacis, ad quod seruandum Diuus Paulus, nos vult esse sollicitos, ne qua membra suo defint officio, opus erit & Oecumenico Concilio, multis annis expectato, iam dudum apud Tridentum aperto, atque absolutum, (licet multo aliter pii viri & Ecclesiæ amatores habuerint in votis). Quare precibus & obsecrationibus iugiter est interpellandus Dominus noster Iesus Christus, vt spiritu

ritu suo sancto impartito, eū habeat Synodus nostra, cum aliis Episcopali- bus, & prouincialibus successum, eum Reformatio, secundum quā vos viuere, moresque componere dece- bit, adferat fructum: quo ex Synodo Episcopali ad Prouincialem, à Pro- uinciali ad Oecumenicam in spiritu sancto concorditer finiendam, instru- ctiores, paratioresque veniamus.

Hiscē de causis, omnibus & singu- lis vobis mandamus, vt in vestris Ec- clesiis, Monasteriis, & Conuentibus, tribus diebus Dominicis, & Festis interim occurrentibus, harum litera- rum publicationem immediatē se- quentibus, populum vobis subiectū in concionibus admoneatis, & hor- temini, ad dicendas gratiarum actio- nes pro accepta pace, pro Cæsareæ Maiestatis victoria, & ad precandum pro vera totius Ecclesię, imprimis au- tem ministrorū eius, fructuosa emē-
 K ii datio-

M A N D A T V M

datione, & Oecumenici cōcilii salu-
bri consummatione . Qua cum aliæ
nationes , tum præcipuè Germanica
opus habebit , ad dissensionū & hæ-
resum reliquias , planè exterminādas .

Cæterum , quo preces populi in
ministerio vestro, Deo omnipotenti
cumulatiùs offerre possitis: præcipi-
mus iisdem diebus Dominicis & Fe-
stis, in sacræ Missæ officio, decantari
Collectas modo sequēti: Primā diei,
quæ alioqui seruata fuisset. Secundā,
pro concordia : Deus largitor pacis.
Tertiam, pro omni gradu Ecclesiæ
Exaudi quæsumus Domine. Quar-
tā pro Imperatoria Maiestate: Deus
regnator omnium. Vltimam de san-
ctis: A cūctis nos domine quæsumus.

Fiduciam etenim hanc habemus
erga Deum, qui nos à dissidiis libe-
rauit, quòd in posterum ab omnibus
hostibus & periculis sit erepturus,
adiuuan-

adiuuantibus Deiparæ virginis M A-
R I A E , aliorúmque Sanctorum, &
piorum hominum precibus . Quæ
diligenter exequendo, nostram per-
ficietis voluntatem, & rem toti Chri-
stianæ communitati necessariam . In
fidem & testimonium præmissorū,
sigillum nostrum hisce literis est im-
pressum . Datum in ciuitate nostra
Coloniensi, Anno Domini Millesti-
mo quingentesimo quadragésimo o-
ctauo, die prima mensis Octobris.

F I N I S .

1538564

Si vis par fieri, si vis gaudere quicquam
p' amib' vultib' dilige stare domi.
Est in vno foras hinc ita multa videndo
vt ne te vntat, dilige stare domi
Ne sol, neq' golu, neq' hinc sen p'ntud' a'x
ledere te valeant, dilige stare domi
Morio, vel potius, xabid' g'antib', fruo suo
Ne te p'ha bent, dilige stare domi.
Ne tibi visa du, ment' de nocte molesta
fucina pulchra fuit, dilige stare domi.
Et tunc vt fias, in raro fulmina quicquam
Sub tecto frunt, dilige stare domi
Ora scribe, d'inde lege semp' carmina pande
Semp' agens aliquid, dilige stare domi
No dico Nautis, nec mercatorib' aut fis,
Qu' memora findit ligna, nec rumpib'
Non fis qui morat vntat, non dico colone
Sed tibi p'xest' hinc, dilige stare domi.

Vita qui facit Beatorum Iustitiam maxime
hec sunt. Res non parva labori sed et
Non ingratum aget / somni per unum
Lid nunquam / toga raris / mens quanta
vires Ingenium. Salubris cor per
pudens simplicitas / parces anni
Lometa fanlis / sum a te mura
nox no chria sed soluta raris.

Non trahit theoria attami pudens
Somnus qui fuerit. Orator in m. v. ab
Quod sit esse v. d. m. h. q. m. h. /
Somni ut m. v. ab du. m. v. o. p. h. s.
Epig. li. x.

Si vitare velis. Sa. da qui dant
et trahit animi raris. m. v. s. d.
m. v. s. d. m. v. s. d. m. v. s. d.
gandebit m. v. s. d. m. v. s. d.

Cisioyans Euphonia in p[er]p[et]uo

Cisioyans Euphonia in p[er]p[et]uo in d[omi]no mag[ist]ro

Cisioyans Euphonia in p[er]p[et]uo in d[omi]no mag[ist]ro
vint onas agri. uona palu l[un]i
na br[un]it. f[ra]n[ci]a

Et p[ro]p[ri]a p[ar]te ad t[er]tu[m] d[omi]ni j[esu]m
f[ra]n[ci]a d[omi]ni s[an]c[t]i m[at]th[ie]a g[ra]n[di]s
m[ar]t[ir]is

Euonia ad studiu[m] p[ar]te g[ra]n[di]s agri
ar[chi]ep[iscop]i p[ar]te g[ra]n[di]s in m[ar]t[ir]is h[er]e[di]t[ar]iis
ap[osto]licis

p[re]s[bi]ter[is] ab[ro]s[is] l[un]d[un]i s[an]c[t]i s[an]c[t]i
p[er] p[ar]te g[ra]n[di]s g[ra]n[di]s g[ra]n[di]s h[er]e[di]t[ar]iis
mag[ist]ro. m[ar]t[ir]is

Ar[chi]ep[iscop]i h[er]e[di]t[ar]iis p[ar]te g[ra]n[di]s p[ro]p[ri]a
vint onas p[ar]te g[ra]n[di]s h[er]e[di]t[ar]iis
m[ar]t[ir]is

Ar[chi]ep[iscop]i h[er]e[di]t[ar]iis p[ar]te g[ra]n[di]s p[ro]p[ri]a
vint onas p[ar]te g[ra]n[di]s h[er]e[di]t[ar]iis
m[ar]t[ir]is

Ar[chi]ep[iscop]i h[er]e[di]t[ar]iis p[ar]te g[ra]n[di]s p[ro]p[ri]a
vint onas p[ar]te g[ra]n[di]s h[er]e[di]t[ar]iis
m[ar]t[ir]is

Augustus

Vincula p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a
Junia m[er]ita d[omi]ni d[omi]ni d[omi]ni d[omi]ni d[omi]ni
Jo[ann]es . Sept[em]bris

Egidio n[on]n[is] m[er]ita p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a
quo robusta d[omi]ni d[omi]ni d[omi]ni d[omi]ni d[omi]ni

Octobris

Christi m[er]ita p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a
fructus lura t[er]ra t[er]ra t[er]ra t[er]ra
Simo p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a

p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a
fructus Elizabeth r[ati]o r[ati]o r[ati]o r[ati]o
Sanctus . Decembris

p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a
p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a
fructus d[omi]ni n[on]n[is] t[er]ra t[er]ra t[er]ra
virginis m[er]ita p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a

e alre p̄re locum
ille sup̄ q̄ ē p̄na
tu illi p̄fatiōe
p̄f̄e s̄uētē q̄ ac
ceno ad 7 p̄ ce in
p̄o cano i. s̄ar 12
u. i. d̄uētēna
a ū f̄ q̄s̄a ut p̄
lre canē r̄m v̄h
i ad̄ annūat p̄
am̄ iurte ad̄ m̄
ae r̄m̄ tal̄ām̄
iōm̄ laus r̄m̄

7 canerulentus a ū i. canē pler̄ v̄m̄ am̄bo s̄iēgi
s̄ip̄m̄ C̄m̄lenta canne 7 s̄r̄f̄o am̄du s̄r̄e
a canis s̄i canica r̄f̄e canerice oues canicū h̄m̄
colore s̄r̄e a canaco candore? a ū q̄ d̄p̄a d̄ior s̄i
m̄? v̄m̄ canidae di s̄ime ad̄ū 7 d̄iff̄i canida?
Ab alio aluz n. de n̄a ē candoriū de a r̄f̄ino.
v̄m̄ d̄ candoriū q̄ candori d̄am̄ s̄r̄e albiū q̄d̄
p̄ulloze ad̄ m̄rtū s̄ candoriū q̄d̄ luce r̄f̄y
s̄ū. s̄r̄e a candora? candoreū? a ū p̄f̄m̄cop̄a v̄
su. s̄lencia ē gl̄as̄ puld̄i s̄i 7 candoula ar̄ue.
s̄m̄cēt̄ q̄ candoreū? a ū i. candore? r̄ candori
oul? v̄m̄ m̄artor? m̄ libello de lapidibz det̄
ca candoreū r̄ibz ē m̄ s̄p̄ica l̄m̄na. s̄r̄e a

vñ plani. Struamq. Adul. etate th capi
no. canudmē. i. canit. a u. i. h. can. in tā. p.
no. q. canis q. p. capillo q. i. capice ē. can. can.
q. i. can. q. nō. can. p. ualde can. v. o. meth.
i. v. labra. i. cana. sin. i. p. can. a. u. i. an. q. p. c.
i. un. can. i. c. a. cano. can. q. can. i. u.
m. q. a. u. l. o. i. u. e. d. u. g. a. l. o. i. s. Canco. q. p. c. a.
neo. i. fir. canē. in. canco. i. u. al. x. canē. p. c. a.
neo. i. t. c. e. p. e. t. e. canē. r. e. c. a. n. e. i. u. m. i. r. e. t. u.
canē. p. s. m. p. canē. i. p. o. u. a. i. h. u. l. s. canco. h. n. u. a.
ca. vñ. d. i. a. i. canē. p. n. l. i. a. p. a. u. d. a. h. e. c.

Canonis gēe lāc d. reglā vñ ca
nonis a u. reglāris q. i. nō. s. t. e. d. h. ca
nonis a u. reglāris r. e. t. a. u. regu

u. h. u. e. g. u. a. n. e. a. t. o.
d. h. canep. q. d. i.
u. i. s. o. v. n. i. i. e. g. i. p. t.
v. n. i. canep. a. i.
i. h. canep. p. i.
r. e. n. i. p. l. e. x. a. t. e. x.
t. u. l. i. o. r. i. a. n. t. a. d. i.
d. h. e. q. i. e. g. i. p. t. o.
u. t. r. e. s. t. i. t. u. d. i. m. e. t.
m. i. t. i. e. o. d. e. s. p. u. i.
d. n. i. t. d. i. u. a. t. a. c. e.
s. t. e. a. c. a. n. e. p. h.
h. u. d. i. e. u. d. i. h. u.
a. p. e. l. l. e. x. c. a. n. o. q.

2265. 66.

A. SMIT
Partic. Boekbinder
M. H. Trompstr. 22
UTRECHT

